

būs regulare fidei, vel morum, omnibus fidelibus tenendam; iudicando, & diffiniendo errare potest, tradit *Canus de locis Theologicis lib. 5. cap. 5. q. 5.* consonat *Soto in 4. dist. 3. q. 1. art. 6.* & post *Caietan.* & alios, tradit latè *Cordub. d.lib. 4. q. 3. ante finem §. Exemplum quarti.*

9. Quarta conclusio. Pontifex tanquam persona particularis hæreticus esse potest, falsum aliquid contra fidem credendo; probat noster textus in præsenti, ubi scribentes; & colligitur ex Clemente primo *Epistola 1.* ubi docuit hæreticum Papam esse deponendum. *Canus de locis lib. 6. cap. 8. §.* Præterea, post alios *Cordubens. in quæstionibus Theologicis lib. 4. q. 3. post principiū. §. Respondeo ad primum, & q. 5. §.* Hanc opinionem & q. 11. in principio Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 52. n. 1. etiam *Caiet. de authoritate Papæ tract. 1. c. 17. Corar. lib. 1. variar. cap. 10. nu. 11. vers. 3.* Cardinalis *Tusch. tom. 2. pract. conclus. 522. n. 26.* dicit etiam cōmūnem Bellarm. lib. 4. de Romano Pontif. c. 6. licet ipse Bellarm. contrarium non ineleganter doceat, quod probat ab eventu, nam hactenus de nullo Pontificè probari potest, quod hæreticus fuerit; ergo signum est non posse hæreticum esse, quod nititur probare *cap. 8. & sequentibus.* Quodpius, & probabilius dicit *Sua-rius de fide disp. 10. sect. 6. n. 1. ad medium.*

10. Vnde *Ptæpositus hic n. 9. citans Gofredum in cap. licet de elect.* & ibi, *Innocentius,* disputant quæstionem. An quādo Pontifici opponitur, quod sit hæreticus, & ille negat, possit admitti probatio opponentis, de quo *Castaldus de potestate Papæ n. 44. Iacobae de Concil. lib. 8. art. 1. folio 514. latè Decian. lib. 5. cap. 52. n. 10.* Vtrum autem si contingat Papam errare in his, quæ sunt fidei, possit deponi, & damnari per Concilium generale, vide *Innocent. in cap. ex parte, de verborum signifi- cat. Doctores in cap. in fidei favorē, de hæretic. in 6. latè Caietan. tract. 1. de authoritate Papæ, & Concil. cap. 18. Cordub. d. lib. 4. q. 11. Decianus lib. 5. c. 12. n. 2.* Spectat congregare tale Concilium ad omnes Ecclesiæ Episcopos; nā cum illi sint ordinarij pastores, & columnæ Ecclesiæ, ad illos credendum huiusmodi causam interesse: eritq; satis, si in singulis regionibus Concilia provincialia, vel nationalia cōvocentur ab Archiepiscopis, vel Primatibus, & omnes in eādem sententia conveniant; vide *Albanū de Cardinalibus. q. 35. op- time Suarius de fide disp. 10. sect. 6. num. 7. & 8.*

11. Vtrum autem Papa hæreticus, sit ipso facto privatus papatu, & desinat esse caput Ecclesiæ? Vide *Aragon. 2. 2 q. 1. art. 10. in tract. de Eccles. pag. 64. Cistro de iusta hæretic. punit. lib. 2. cap. 22. latius cap. 23. vers. an Papæ, vel quisvis alius, Driedo de libertate christian. cap. 14. Turrecremat. in summa lib. 4. tit. de Ecclesi. 2. p. c. 20. Peres lib. 8. ordinam. tit. q. l. 3. ex pagina 116. vers. quaritur, Caietan. ubi proximè c. 19. & sequent. Decian. d. lib. 5. c. 52. n. 3. quidam aiunt ab ipso Deo immedieatē deponi,*

ita *Simanch. de catholicis cap. 21. Salmeron tom. 12. tract. 38.* fundamentum est, quia tæpe indicatur, nullum fide carentē posse habere iurisdictionem in Ecclesia, *cap. Noviciatus, 7. q. 1. cap. Didiciimus 24. q. 1. cap. Verbum de panit. d. 1.* Sed cōmu-nis sententia dicit, quod Papa hæreticus tunc desinit esse Pontifex, cum primum per legiti-mam Ecclesiæ iurisdictionē sententia decla-ratoria criminis in eum profertur, de quo latè *Suar. in tract. de fide disp. 10. sect. 6. nu. 6. & vide su- pra num. 1.*

In Glossa, verbo, à fide devius
vers. sed quare. Docet Glossa, si Papa cōmittat crimen notoriū, & scandalisatur Ecclesia per factū eius, quod possit accusari de tali crimine, dicit sin-gularem *Abb. in cap. Significasti n. 4. de electione, & communiter Glossam approbari tradit Barbat. in Clement. ne Romani de elecl. n. 86. sequitur Decius in d. cap. Significasti n. 21. vers. ult. asserens, quod totus mundus illā sequitur, & quod practica-ta fuit in Concilio Constantiensi; refert *Platina in vita Ioan. 23.* Contrariam tamen opinio-nem tenent omnes ferè Theologi, & Ca-nonistæ, quos refert, & sequitur *Turrecremat.* in præsenti ubi allegat pro utraque opinione pleniū, quam alij, & n. 2. cum sequentibus clare ostendit, hanc opinionē esse magis veram, & tenendam. Comprobat multis *Card. Tusch. tom. 2. cōclus. 552. n. 30.* Quē omnino videbis. *Cordub. d. lib. 4. q. 5. opinione 3. & 4.* Hanc opinionem expresse, ubi refert multos; eleganter *Suarius in tract. de fide disp. 15. sect. 6. n. 14. & sequentibus.**

Vnde sequitur, quod verus Pontifex, nisi in perpetuā incidat amētiā, quanvis multis alijs criminibus, & calamitatibus impediatur, ne possit Ecclesiā cōmodē gubernare, nequit dignitate sua privari, quia perpetua amētia æqui-valet morti, quo ad usum rationis, & libertatis & sic quoad capacitatē iurisdictionis, & digni-tatis. Nā si liceret casus aliquos fingere, in qui-bus esset Papa deponēdus, ut propter nimiam senectutē, aut captivitatē, daretur occasio schis-matū, & sāpe nimia iniuria, verus Pōtif. in du-bium vocaretur, ut tradit *Suarius de fide disp. 10. sect. 6. nu. 17.* Porrò si ob perpetuam amentiam depositus ad se redeat, tamē depositus manet, quia negotiū hoc nō debet ex futuro contin-genti depēdere, ut advertit *Suar.* ubi proximē num. 18. ad finem.

In eadē Glossa, ibi, Si occulta
est hæresis. Docet Glossa, Papam de hæresi occulta accusari posse, de quo vide *Decianū tract. crim. lib. 5. cap. 52. n. 9.* qui Glossę meminit, & de Pōtifice occulto hæretico vide *Suar. de fide disp. 10. n. 11. ad finem.* Quid autē di-gendū sit de Papa hæretico, sed iā emēdato;

die non debere posse deponi, cum iam hæreticus nō sit, cap. Dixit Apostolus 24.q. 3. & post alios docet, Suarius de fide disp. 16. sectio. 6. numer. 11. in principio.

55 In vers. Item. Igitur si Papa est hæreticus, potest ei fieri monitio, quod si te non audierit, dic Ecclesie, Mat. 18.nu. 17. de quo per Ioan. Andream, & Hostiens. in cap. Proposuit de concess. prabenda, prout illos refert Decianus d. cap. 12. n. 12. & post Caetan. docet Suarius in tract. de fide disp. 10. sect. 6. num. 11. post principium.

56 In fine Glossæ, ibi, Quod non posset. Non potest autem Papa legem condere, quod ipse non possit de hæresi accusari, vel alius quispiam Pontifex, ut voluit nostra Glossa, quam sequitur Decianus d. cap. 52. num. 11. dicit communiter approbatam Tuschus tom. 2. conclus. 522. num. 27.

CAP. Ante omnia. VII.

S V M M A R I V M .

- 1 Sacerdotes dicuntur milites.
- 2 Dignitatem regendo, consequuntur calamitates.
- 3 Virtus difficilior, est præclarior.
- 4 An possit aliquis cogi, ut Episcopatum acceptet?

1 In textu, ibi, Militetur. Et ita clericus appellatur miles, & est maior quoniam milite seculari, de quo latè, & eleganter Peres ad l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinament. vers. privilegatus etiam, ubi multa congerit adversus nostræ ætatis homines, qui clericos in servire vxoribus faciunt, non solum tanquam capellanos, sed tanquam famulos pedaneos, & quod magis est tanquam histriones, exclamat etiam Cassan. in cathal. gloria mundi 4.p. considerat. 2. vers. sed heu contra nobiles, qui clericos sibi in servire faciunt, tanquam suos receptores, pincernas, stabularios, & coquos.

2 Ibi, Miserabilis. Igitur dignitatem regendo, consequitur labor, studium, cura, & calamitas; unde Gregor. lib. 4. cap. 68. in registro, dicit, quomodo autem suscep- to pastorali onere habere serenitatem cogitationum possitis, cum scriptum sit, Iob. 26. nu. 5. Ecce Gigantes gemunt sub aquis. Vide Luc. de Penam in l. 1. C. de veteranis lib. 12. Cassaneum in cathal. gloria mundi p. 1. considerat. 69. qui nostrum textum refert.

3 Ibi, Difficilius. Quod enim est virtus difficilior, eo est præclarior, ut tradit D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 4. Nayay,

in cap. consideret de penitent. dist. 5. num. 90. vers. infero, qui nostri textus meminit.

In Glossa, verbo, Mihi. Docet Gloss.

aliquem posse cogi, ut fiat episcopus; Vide Turrecrem. hic, & Preposit, qui citat Abb. in cap fin. de postulatione pralat. Innocent. Host. & Ioan. Andr. cum alijs, vide etiam Petrum Ledes. in summa 2. p. tract. de stat. Episcopi conclusione 4.

C A P . Sicut. VIII.

S V M M A R I V M .

- 1 An mutuus consensus in contrahētibus sit necessarius, ut matrimonium sit verū, & an requiratur etiā copula?
- 2 Qui veniant appellatione clericorum?
- 3 An sit necessarius baptismus ad hoc, ut ordinandus possit ordinari?
- 4 An si aliquis recipiat ordinem presbyteratus, non susceptis inferioribus, sit verē ordinatus?

In textu, ibi, Digna cōiunctio.

Est enim mutuus consensus necessarius ad matrimonium contrahendum, vide Sanch. lib. 2. de Matrimon. disp. 25. cum sequentibus, ubi latè de materia consensus, quia in matrimonio est mutua traditio corporū; sed quod est vnius non traditur alteri, absque proprio consensu; vide etiam eundem disp. 1. n. 3. & sequentibus, disp. 6. ubi resolvit non esse de essentia matrimonij, quod interveniat copula. At de hoc cōmodius alibi dicendum.

Ibi, Clericatus. Quid veniat appellatione clericatus docet Abb. in cap. Cum tibi, n. 4. de verborū significat; ubi resolvit, quod in materia stricta appellatione clericorum, non veniunt clericī constituti in dignitate, secus in favoribili; vide eundem Abb. in Rubr. n. 4. de vita, & honestat. clericorum, Felin, qui plures refert in cap. Non dubium u. 1. de sentent. excommunicat. & Preposit. in cap. Nullus 4. dist. n. 1. inquit, quod non veniunt Episcopi. Barbat. in Clem. 1. n. 61. de elect. tenet, quod in materia restringibili, appellatione clericorum veniunt canonici ad evitandum inconveniens, & addi posita ad cap. Nulli 4. n. 3. supra dist. 38.

In textu iuncta Glossa, verbo, clericatus in fine, ibi, Dum tamen baptisatus. Debet precedere baptismus, ut aliquis possit ordinari; videndi sunt de materia textus DD.

per textum, ibi, In cap. veniens de presbytero non baptisat. Egidius de Sacram. ordinis disp. 20. dub. 10. n. 96. Tolet. in summa, lib. 6. cap. 3. nu. 2. & cap. 6. nu. 4. Petr. Ledesm. in summa, tract. de Sacrament. ordinis, cap. 6. conclus. 2. Cardos. in praxi advocateorum, de Sacrament. ordinis, nu. 8. fol. 355. D. Thom. in additionibus ad 3. part. quast. 36. art. 4.

4 In eadem Glossa, in principio.

Disputat Glossa. An si laicus promoveretur in sacerdotem, reciperet characterem? Vide titulum de clero persaltum promoto. Petr. Ledesm. in summa de Sacramento ordinis, cap. 6. conclus. 4. Egydium de Sacramento ordinis, disput. 20. dub. 10. conclus. 4. nu. 101. Salzedo in praxi, cap. 24. ubi latè de materia. Tolet. in summa, lib. 6. cap. 8. nu. 7. D. Thom. in additionibus ad 3. part. quast. 36. art. 5. Ledesma, citato loco, conclusione. 8. ubi invenies, quid dicendum sit in episcopatu, an ante cum sit necessarius presbyteratus ordo.

CAP. Illud. IX.

S V M M A R I V M .

- 1 Quod virtus nobilitati anteponitur.
- 2 Quod pro nobilibus semper presumitur, in ijs, quæ pertinent ad nobilitatem.

I N textu, ibi, Non nobilitate, sed virtute. Igitur virtus nobilitate anteponitur; latissimè videri potest. Tiraquel. de nobilitate, cap. 12. num. 3. & cap. 7. nu. 9. qui utroq; loco nostrum textū refert; Cassan. in catalog. gloria mundi, 8. p. considerat. 28. per totam, & seqq. & considerat. 1. & seqq. Potest videri, quid sit nobilitas. Luc. de Peñā in l. Mulieres, C. de dignitat. lib. 12. in principio, notat novem causas, ex quibus ipsa nobilitas oritur, & in l. 1. C. conditis in publice. horreis, lib. 10. resolvit quis dicatur nobilis. De virtute quid sit, de eius effectibus, & quemadmodum faciat homines consequi gloriam, vide eundem Cassan. 1. p. considerat. 62. & seqq. ubi diffusè, & elegantissimè, & quod vera nobilitas est scientia, & propria virtus, cum plus nobilitet, quam sanguis, & prosapia maiorum. Cened. ad Decretal. collectan. 150. nu. 3.

2 In Glossa, verbo, Non loci, in fine, ibi, Semper debet presumi. Docet Glossa, semper pro nobilibus presumi, in ijs, quæ pertinent ad nobilitatem; de quo vide Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 59. nu. 7.

& per totam præsumptionem; multa videri possunt, quæ faciunt ad hoc, & lib. 5. presump. 4. nu. 7. Romanus singulari 723. Palat. in repetit. rubrica, §. 9. nu. 7. vers. In his, qui nostram Glossam singularem appellant, latissimè Tiraquel. de nobilitat. cap. 20. ubi sigillatum describit in quibus nobilitati defertur.

CAP. Quælibet. X.

S V M M A R I V M .

- 1 Non locus occultus salvat, sed gratia Dei.
- 2 An ius varietur ex varietate locorum?

I N textu. Collige ex D. Gregor. non loca occulta, ut Paradisus, & Cœlum, sed gratiam Dei salvare: Nam Loth in Sodoma fuit iustus Genes. 19. nu. 17. in monte peccavit, Genes. 19. nu. 34. ut notat Petrus Alagon in compendio iuris Canonici, 2. p. fol. mihi 30. post principium.

In Glossa, verbo, Cecidit in 2 prima. Dixit Glossa ex varietate locorum nullum discrimen induci, de quo Bart. in l. ult. nu. 6. & 7. C. de temporibus in integ. restit. Aliquando tamen ex diversitate locorum inducitur diversitas iuris, l. Omnino, ff. de eo quod certo loco, l. 1. ff. officio proconsulis, quod intellige, quando ex diversitate locorum inducitur diversitas rationis, l. Pradia, ff. ad falciā, alia iuria citat Bart. dict. nu. 7.

CAP. Adam. XI.

- 1 Quod propter delictum privatur, quis privilegio nobilitatis.

I N textu, ibi, Nobilitate privata est. Collige Adamum, quia pecavit, amisisse nobilitatem loci, Genes. 3. nu. 23. & sic propter delictum privatur quis privilegio nobilitatis; vide Lucam de Peñā in l. 3. per totam, C. de veteranis, lib. 12. ubi latissimè exemplificat, inferens, quod Baro, vel Comes privilegiatus, ut non possit convinci, nisi per certos testes, perdunt privilegium propter enorme delictum.

CAP. Multi. XII.

SUMMARY.

- 1 Locus hominem non sanctificat, sed homo locum.
- 2 Sotus nostrum textum interpretatur.
- 3 An iniuste detinens beneficium, si collationem eiusdem impetrat à Summo Pontifice, debeat facere mentionem de iniusta detentione?
- 4 Non debet quis appetere prælationem.
- 5 An maior pars Doctorum sequenda sit in decisionibus causarum, an minor, quæ melioribus rationibus fulcitur?

IN textu, ibi, Non locus. Non enim locus hominem sanctificat, sed homo locum; sic aliâs lupanaria non infamant castitatem, sed castitas loci abolet infamiam; unde Lucas de Peña in l. Cum neq; in fine, C. de incolis, lib. 10, dicit, quod rusticus emens feudum nobile, non ex eo fit nobilis; prosequitur Tiraquel. de nobilitat. cap. 7. nu. 9. Vafenzuela cons. 1. nn. 1. & seqq. qui nostri textus meminere.

Ibi, Omnis sanctus est sacerdos. Non intelligas, quod qui non est sanctus, non est sacerdos, & quod omnis sanctus etiam laicus sit sacerdos; respondetur enim allusionem hinc fieri ad ethymologiam nominis sacerdotis: est enim sacerdos idem, quod sacra dans; & ideo quicunq; sanctus etiam laicus, quatenus sua sacramenta amicis communicat, dicitur generali nomine sacerdos; iuxta illud Apocalypsis, 5. nn. 10. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Attamen sacerdotes ministri Sacramentorum, qui non operantur sua virtute, sed Dei, absq; sanctitate possunt sacerdotio fungi, impertientes gratiam de plenitudine Christi, ita post D. Thom. explicat nostru textum Sotus in 4. dist. 25. q. 1. art. 4, §. Vnum autem.

Ibi, De sacerdotio crimen acquirat. An iniuste detinens beneficium, debeat facere mentionem de iniusta retentione. Notat Felic. in cap. In nostra, nn. 34. vers. Sexto nota, de rescriptis. Dominic. in cap. Eum qui, §. Insuper, nn. 10. deprabendis, in 6. Gomes in regula de annual. possessor. q. 23. vers. Contraria, & ad hoc, quod dicatur titulus coloratus, & possessio colorata. Garcia de beneficijs. tom. I. 4. p. cap. 4. n. 4. Mart. de iurisdict. 2. p. cap. 5. nn. 19.

Ibi, Desideravit primatum. 7

Reprobat textus, si quis appetat primatum, aut prælationem; cuius ratio est, quia qui appetit prælationem, aut est superbus, aut iniustus, secundum affectum, qui adversatur iustitiae distributivæ iniustitia enim contra distributivam est, quod aliquis velit sibi plus de honore accipere, aut de potestate, aut de alijs bonis, nisi sit moribus dignus; quod autem aliquis afflimet se esse magis dignum prælatione omnibus illis, super quos prælationem accipit, superbia, & præsumptionis est; facit illud Apostoli ad Hebr. 5. num. 4. Nemo sibi assumit honorem. Docet eleganter D. Thom. Quodlibet. 2. art. 11.

Glossa final. ibi, Et est hic argumentum. An argumentū, quod Glossa hinc facit sit verum, vide textum in l. I. §. Sed neq; in multitudine, C. veteri iure enucleando, Abb. in cap. Ut debitus, num. 29. de appellat. Barbat. in Clement. Ne Romani, nn. 2. & seqq. de electione Hieronym. Grach. in consilio de syndicatu, num. 89. & 97. Inter questiones Iulij Clari, idem Abb. in cap. I. nn. 15 de constitut. Tiraquel. ad leges connubial. l. II. Glossa I. nn. 4. q. II. Mascard. qui plures refert, de probat. conclus. 1243. nn. 3. vol. 3. Nayarr. in Manual. cap. 27. num. 286. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 71. num. 24. Cevall. commun. contra communes, in prefatione, nn. 10. & seqq. Et quid quando agitur de causis in quibus iudices procedunt dando votum? Vide Cabed. I. p. decis. 6. num. 3. & 4. Et an in actibus spectantibus ad plures requiratur, & sufficiat consensus minoris partis? Filii. in cap. Cum Omnes, nn. 15. de constitut. Prepos. in cap. Nicæna, nn. 3. 6. & 7. dist. 31. & quid in electionibus, idem Preposit. in cap. In canonitis, num. 2. distinct, 19.

DISTINCTIO. XXXXI.

In principio distinctionis.

- 1 Quod Sacerdotes incessu debent ostendere maiestatem.
- 2 Quod debent esse parci in cibo, & in potu.
- 3 Quod vestibus decentibus uti debent.
- 4 Quid si dubitetur, an tales veste sint decentes?
- 1 Vester nec debent esse fulgida, nec sonida.

IN summa, ibi, incessu. Ex altitudine dignitatis, quam sacerdotes habent, sicutdem Angeli, & Diij appellantur, ut constat ex textu in cap. Sacerdotibus, 11. q. 1. cap. Cum ex iuncto, circa medium, de hereticiis, tales se esse debent ostendere in gravitate, & maiestate, & hoc est, quod debet intelligi in illo verbo. Quod debet esse ornatus incessu; incessus namq; explicat maiestatem, & gravitatem, de quo vide Lacerdam in commentar. ad lib. 1. Eneid. super illo loco. Ast ego, qua Divum incedo Regina, num. 18. fol. mihi 12. & eodem lib. fol. mihi 97. num. 7. illo altero loco. Et vera incessu patuit Dea. Vbi inquit, quod incedere nobilium est; vide etiam Georgium Fabric. in commentar. ad eundem locum, Eneid. 1. folio mihi 475. Vbi inquit, spiritus namq; apparent, incedunt, non ambulant, incedere enim Deorum est; vide Silium, discrebentem virtutem illis verbis.

Incessuq; viro propior.

De quibus Cassan. in cathal. glorie mundi, 1. part. considerat. 63. & D. Ambros. in suis epistolis, epist. 6 Vbi, inquit, quod dignitas sacerdotalis vendicat sibi sobriam à turbis gravitatem.

In textu, ibi, Quām decibis intelligendum est. *D. Ioann. Chrysostom. in homil. 15. ad Timoth. in opusculo de temperantia, & modestia prælatorum.*

instit. inquit, quod præsules ecclesiasticos nihil præter victum, & vestimentum habere oportet, ubi multa ad propositum. Vide etiam Prosp. lib. 2. de vita contemplat. cap. 17. de abstinent. & cap. 22. Stimul. Pastor. 2. part. de moribus prælatorum, fol. mihi 121. ubi vers. Tres pestes, inquit, Quod honor, pecunia, & mensa destruunt Episcopos dignitatem. Posidon. in vita D. August. ita loquitur de eius parsimonia. Mensa usus est frugali, & parca, que quidem inter olera, & leguminas, etiam carnes aliquando propter hospites, vel quosq; infirmiores continebat, &c. Vide Ioh. Gerson. in 2. p. suorum operum, in opusculo de temperantia, & modestia prælatorum, ubi multa habentur scitu dignissima. De intemperantia in potu Abb. in cap. à crapula, nu. 1. ubi num. 2. inquit, quod effectus ebrietatis est mentis exilium, & provocatio libidinis; vide etiam, que latè scripsimus in cap. Luxuriosa. 3. & in cap. Venter, 5. & in cap. Vinolentum, 6. supra dist. 35. Vide etiam de parsimonia ea, quæ cumulat Stimulus Pastor. in concione, de officio pastoral. fol. mihi 85.

In textu, ibi, Habitū. De hoc extat Conc. Trident. sess. 24. cap. 22. prope finem, & sess. 22. cap. 1. verbo, deponit, quod iura canonica serventur circa ornatum vestium clericorum; de quo vide Barbat. in Clement. 1. de electione nu. 125. Imol. in Clement. 2. nu. 5. de vita, & honestate clericor. Bucar. nu. 1. & 2. dicens quod clericus debet uti ves-

tibus, quibus quisq; non appareat alius, quām sit; per textum in cap. Facare, de consecrat. dist. ult. vel melius cum Abb. in cap. Clerici, nu. 18. de vita, & honestate clericor. Salzedo in praxi, cap. 79. ubi additio littera A. resolventes, quod in hoc debet attendi consuetudo, seu usus uniuscuiusq; provincie, & secundum illum debent diffiniri, quæ sint vestes honestæ, quæ non, & ibidem loquitur Salzedo, de pœnis impositis utentibus vestibus prohibitis, de quo etiam vide textum in d. Clement. 2. de vita, & honestate clericor. & multos. quos citat Barbos. in remissionib; ad Concil. Trident. de reformat. sess. 14. cap. 6. Adde posita ad cap. Si quis virorum, 15. num. 1. & 3. Iupra, dist. 30.

Quid autem dicendum sit, quando quis est captus in habitu decenti, dubitatur tamen, an talis habitus sit clericalis? Vide Mart. de iust. dict. 2. part. cap. 31. nu. 24. Farinac. tom. 1. q. 8. & nu. 33. Grivellum decis. Senatus Dolani, 30. nu. 3. & seqq. Caballum decis. criminal. casu 224. nu. 30. & seqq. Maſtrilio decis. Regni Sicilie 133. num. 17. resolventes hoc ad iudicem ecclesiasticum pertinere: nam cum agatur dere ecclesiastica, non nisi per ecclesiasticum iudicem cognosci debet.

Ibi, Nec fulgidis, nec sordidis vestibus. Monet Gratianus, ut sacerdos, nec fulgidis, nec sordidis se ornnet vestibus. Vnde D. Hieronym. ad Eustoch. de virginitate servanda, inquit. Sit vestis, nec satis munda, nec sordida, & paulo infra. Nec affectata sacerdes, nec exquisite munditia convenientia christiana. Rursumq; ad Heliodorum laudat Nepotianū, quod nec munditijs, nec sordidis notabilis esset. Et ad Nepotianum ipsum de vita clericorum. Vestes, ait, pallas aquæ devita, ac candidas, ornatus, ut sacerdes pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Et ad Marcellam de landibus Asellæ, ad finem: Neglecta mundities, & inculta vestis, cultus ipse sine cultu. Compertū est enim cultum mediocrem ad dignitatem quandam, authoritatemq; comparandam, non parum momenti afferre, ut docet Pontifex in cap. Ve Apostolica, de privilegijs. lib. 6. & ex authoribus Aethnicis multa de more suo congerit. Tiraq. in l. 3. connubial. Glossa 1. part. 3. nu. 51. & seqq. ubi nu. 54. nostri Gratiani in præsenti meminit. Adde posita ad cap. Si quis virorum, 15. ntu. 1. supra, dist. 30. Palat. in repetitione Rubrica, §. II. num. 10. latè, & eleganter Augustin. Barbos. in tractatu de potestate Episcopi, part. 1. tit. 2. Glossa 7. quem omnino contule.

CAP. Quisquis. I.

SUMMARIUM.

1. **Mos Regionis** sequendus est.
 2. **Quod excommunicatus** potest cum alijs
communicare, & toleratur propter
contractum celebratum ante excom-
municationem.
 3. **Quod in dubijs** debet presumi pro eo,
quod minus nocet, & quod actus ma-
gis valeat, quam pereat.

IN textu, ibi, Cū quibus vivit.

Vnde D. Hieronymus. in epistola ad Heliodorum, laudat Nepotianum, quod in cultu, provinciæ morem sequeretur, nam in cultu, & mortibus, cuiuscunq; regionis usus debet maximè observari, ut ex nostro textu latè comprobat Tiraquel. in l. 3. connubial. part. 3. Glossa 1. nu. 57. Quando forenses, & peregrini teneantur servare leges locorum in quibus commorantur, vide posita ad cap. 2. nu. 2. & seqq. supra, dist. 8. & ad cap. Illa autem, 11. supra, dist. 12. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 18. nu. 4. vers. Tertio ex eodem, ubi nostri textus meminit.

2. In Glossa, verbo, Vivit, vers.

Et est argumentum. **Glossa** similis in cap. Si vere, de sen-
tent. excommunicat. verbo, excommunicatorum, de
hoc vide Abb. qui affirmative resolvit, in cap. Si vere, nu. 2. de sentent. excommunicat. **Coyar.** in cap. Alma mater, 1. part. §. 1. nu. 8. in fine, **SHAR.** de censur. disp. 15. sect. 8. nu. 6. Et an si post ex-
communicationem contrahatur, contractus
sint validi? Vide eundem **SHAR.** citato loco,
nu. 7. **Tolet.** in summa, lib. 1. cap. 11. num. 3. ubi
resolvit excommunicatum si contrahit pecca-
care, contractum autem esse validum. **Egydius**
de Sacrament. disp. 14. dub. 12. nu. 118. **NAVARR.** in
Manual. cap. 27. nu. 36. vers. Ad sextum.

3. In Glossa, verbo, Flagitia, ibi,
In meliorem partem.

Potest exemplificari cum
Bart. in l. Si librarius, n. 7. ff. regul. iuris. Iason. in l. 1.
nu. 27. C. servis fagit. **Felin.** in cap. In presentia, nu.
18. & in cap. **Quoniam contra,** nu. 31. de probation.
facit text. in l. Merito, ff. pro socio, & in cap. 2. de
reg. iuris. Oldrad. cons. 53. nu. 8. **Lefsius** de iust. lib. 2.
cap. 29. dub. 4. Vbi latè, an dubia in meliorem
partem sint interpretanda? Vide etiam **Alex.**
cons. 127. nu. 13. & cons. 128. nu. 4. & cons. 129.

nu. 2. lib. 4. **Menoch.** lib. 1. præsumpt. 13. nu. 5. &
lib. 3. præsumpt. 52. nu. 5. & lib. 6. præsumpt. 4.
ubi per quinq; ampliationes, & decem limita-
tiones, ostendit quando debet sumi præsump-
tio, ut actus potius valeat, quam pereat.

CAP. Delitiæ. II.

SUMMARIUM.

1. **Divus Thomas** de materia nostris tex-
tus agit.
 2. **Dictio**, absq; quid importet?
 3. **Quid sit ieunium,** & an qui cibis uti-
tur magna aviditate, ieuniū servet?

IN textu. De cuius materia vide D. Thi-
mas 2. 2. qnaſt. 148. art. 4.

In textu, ibi, Absq; **Dictio** adver-
bialis, de qua
vide Oldrad. cons. 46. consuevit, nu. 10. **Tuscb.** tom.
1. conclus. 238. nu. 6.

In textu, ibi, Impedient pro-
fectum abstinentię. Diffinito ieunio,
quod sit abstinen-
tia ab his, quæ gustu percipiuntur, secundum
Tolet. in summa, lib. 6. cap. 1. num. 1. Dicendum
est contra Præpositum hīc, quod ieunium ob-
servatur, quanvis quis magno desiderio, &
affectu cibum in magna quantitate comedat;
nam de substantia ieunij solum est, quod ob-
servetur abstinentia ciborum certi generis, &
abstinentia plurium refectionum. **Cened.** ad De-
cretum collect. 53. num. 1. certa refectionis horæ,
quibus requisitis si satisfiat, datur verum ie-
unium. **Leff. de iust. & iure,** lib. 4. cap. 2. dub. 1,
nu. 8. vide etiam **Coyar.** variat. resolut. lib. 4. cap.
26. num. 11. & seqq. **Frater Emmanuel.** in summa,
cap. 23. in principio. **Tolet.** ubi supra, cap. 2. nu. 6.
ubi resolvit, quod si quis excedit modum in
quantitate prandij, peccet contra sobrietatem,
non tamen solvit ieunium.

CAP. Non cogantur. III.

SUMMARIUM.

1. **Divites** non debent cogi pauperum ci-
bis vesci.
 2. **Quis excusat** à ieunio? & nu. 3.
 4. **An sit aliquando** sub præcepto dare elec-
mosinam pauperibus?

- 5 Nobiles in panis corporalibus, mitius
puniuntur,
6 Quod pœnae possunt commutari.

IN textu. Collige divites non debere cogi pauperum cibis vesci, sed posse uti cibis pretiosis, & dare pauperibus viles, quia non qualitas cibi, sed summa affectus consideratur; de quo plura ex nostro textu deducit *Pacianus de probationib. lib. 2. cap. 26. nn. 122. & seqq.* optimè *Tiraquel. de nobilitate, cap. 20. nn. 142.*

2 In textu, ibi, Infirmitatis suæ. Causæ quæ possunt excusare à iejunio, ad tres reducuntur; impotentia, laboris, & pietatis, ut concludit *Lesius de iust. lib. 4. cap. 2. lib. 6. nn. 39.* vel ad quatuor cū *Fratre Emmanuel. in summa. cap. 24. Tolet. in summa, lib. 6. cap. 4. Ledesm. in summa, tractat. de abstinentia, cap. 2. dub. 3. vers. à eāa difficultad. fol. mihi 654.* In causa impotentiae includuntur infirmi, de quibus in hoc textu, circa quos tria possunt considerari. Primum, quod sit necessarium ad hoc, ut excusentur à iejunio. Secundum, an dato casu, quod excusentur à iejunio, possint comedere carnem? Tertium, an casu quo eis concedatur, quod possint comedere carnem, possint coenare carnem? In primò casu, dicendum est, posse sufficere medicorum iudicium iuxta ea, quæ *Lesius, citato loco, nn. 40.* vel melius cum *Tolet. in summa, lib. 6. cap. 4. nn. 9.* necessarium est, ut accedat superioris, seu prælati declaratio, quando datur dubium, an causa excusat, an non? In secundò, dicendum est, quod cum iejunium contineat abstinentiam à certis cibis, & à secunda refectione, non ideo eximitur ab abstinentia à certis cibis, quanvis aliquis eximatur propter aliquam causam à secunda refectione, & sic non possunt comedere carnem, nisi iij, quibus sic concessum est propter aliquam infirmitatem, *Lesius, citato loco, nn. 45. Tolet. lib. 6. cap. 3. nn. 4.*

In tertio casu distinguendum est, aut licentia comedendi carnem, fuit alicui concessa propter debilitatem; aut propter nocumentum, quod scilicet à piscibus abhorreat, vel putetur nocere temperamento: si propter prædictum, non potest coenare, secus si propter debilitatem. *Lesius, proximè citatus, in finalibus verbis. Frater Emmanuel in summa, cap. 24. nn. 10.* quanvis *Tolet. citato loco, teneat contrarium, & in cap. 2. nn. 2.* in fine. *Petrus Ledesma in summa, in tractat. de abstinentia, cap. 2. dub. 1. fol. mihi 649. & dub. 4. vers. La quarta difficultad. fol. mihi 656.* Dubitatio tota est in quarto casu, si aliquis voluerit sequi opinionem illorum, qui absolute tenent, quod quibus conceditur, quod possint

comedere carnem, possint coenare. (Quæ opinio est probabilis, propter authoritatem doctorum eam tenentium, *Tolet. loco citato, Casian. & Navarr.* quos citat *Lesius d. nn. 45.* quinid communis ex *Ledesma, proximè citato*) quo casu cum nullibi inveniam apud doctores casum in specie, auderem distinguere, como- do, quo supra citati DD. in tertio casu, scili- cet, quod si alicui conceditur licentia ad resi- ciendas vires fractas propter infirmitatem, vel aliam causam, possit carnem coenare, si verò solum propterea, quod timet nocumentum stomachi si piscibus vescatur, ideoq; nō potest uti piscibus, nec alijs similibus cibis, tunc cō- trarium dicerem. Videlur tamen, quod usus contrarium tenuit, ut patet. Adverte insuper, quod qui tenet licentiam comedendi carnem, potest aliquando suinam, seu porcinam co- medere, affirmsat *Frater Emmanuel in additionibus ad Bullam Cruciatæ, §. 6. nn. 4. fol. mihi 453.*

In textu, ibi, Dent pauperibus. 4

Supponendo, quod eleemosyna, aut est cor- poralis, aut spiritualis, iuxta ea, quæ notavi in *tractat. de confessar. solicitant. quest. 18. nn. 2.* Dic quod in casu extremæ necessitatis, non est du- bium, quod ex superfluo sub peccato sit unus- quisq; obligatus eleemosynam dare indigentis; de quo vide *Cened. ad Decretal. collectan. 27. nn. 1.* *Navarr. in Manual. cap. 24. nn. 5.* *Frater Emma- nuel. in summa, cap. 197. per totum. Tolet. lib. 8. cap. 34. nn. 1.* & per totum lib. *Petrus Ledesma. 2. tom. in tract. 4. de misericordia, cap. 3. conclus. 10.* cum sequentibus, & præcedentibus, ubi late; & vide, quæ infra distinc. 42. cap. *Quiescamus, 2.* verbo, postulat. & distinc. 45. cap. *Tria sunt, 12.* & quomodo ecclesiastici teneantur eleemosy- nam dare, docet *Frater Emmanuel. ubi proxime, cap. 198.* & an possint cogi dare eleemosynam, *Lesius de iustitia, lib. 2. cap. 12. dub. 12. num. 75.* Quod verò etiam sub mortali teneatur quis de superfluis erogare eleemosynam graviter egenti, sentiunt communiter doctores, præ- festim *D. Thom. in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. Quidli- beto 3. D. Antonin. Rich. Sylv. Arvul. Tabiena. & Medin.* quos refer, & sequitur *Tolet. in summa, lib. 7. cap. 35. nn. 1.*

In Glossa 1. Docet Glossa nobilium,

& ignobilium pœnas non esse æquales, cum nobiles in pœnis corporali- bus mitius puniantur. At in pecuniaris, cæ- teris quidem paribus, magis debent puniri, *I. Properaudum, §. Sin autem utring, & ibi Bart. C. de iudiciis, cap. 1. cap. Si quis vero ausu, titulo de pace iurament. Eleganter Tiraquel. de nobilitat. cap. 20. nn. 125.* qui nostre Glossæ meminit; & est ratio, quia licet pœna corporalis etiam mini- ma, gravior sit pœna pecunaria, etiam maxi- ma, non tamē procedit in ignobili, cui infa-

mia quantuncūq; maxima, modica est, ut probat l. 2. C. ut intra certum tempus, ponderat Tiraquel, ubi proximè, num. 127. Adde posita ad cap. Non loca, q. m. 2. & ad cap. Homo, 5. num. 1. & seqq. supra, dist. 40.

In Glossa, verbo, Consuetudinem, ibi, Argumentum est.

Quod pœna possit commutari per iudices, & superiores, vide Abb. in cap. 1. nn. 6. de voto, & in cap. Licet. nu. 3. & in cap. Deus, nu. 4. de pœnitent. & remission. & in cap. In Archiepiscopatu, nu. 5. de raptoribus, & in cap. De causis, nu. 16. de officio delegat. & in cap. Reprehensibilis, num. 8. de appellat. vide etiam Turtecrem. in cap. Omnis, qui iudicat, dist. 45. qui dicit hoc procedere in his, quæ arbitrio iudicis relinquentur; vide etiam Gutier. lib. 4. prædicar. q. 46. ubi à nu. 12. remissivè agit de causis, quæ possunt mouere iudices ad tales commutations. Felin. in cap. Qualiter, & quando, §. Ad corrigendos, nu. 29. de accusat. resolvit, an iudex possit alterare pœnam positam in sententia; & nu. 30. An episcopus possit in sententia sibi reservare potestatem minuendi pœnam suo arbitrio; & nu. 37. notat septem causas ad commutandas pœnas. Primam propter magnitudinem delicti. Secundam propter consuetudinem. Tertiam quando proceditur ex præsumptione. Quartam, quando proceditur solum per famam. Quintam, propter pauperitatem condemnati. Sextam, quando quis aliquem occidit defendendo se, sed excedit modum. Septimam, ratione vitandi scandalum; vide etiam Bart. in l. Quid ergo, §. Pœna gravior, nu. 1. & seqq. de ijs, qui notantur infamia. Farinas. 3. tom. q. 88. & seqq. ubi latissimè agit de pœnis temperandis; vide etiam Luc. de Peña in l. 1. C. de senator. lib. 12. verbo, distulerit, col. 8. ubi enumerat aliquos casus, in quibus quis excusat à pœna mortis, quando imposita est; Felin. in cap. Querenti, de offic. deleg. nu. 6. Iason. l. Debitoribus, nu. 15. ff. re iudicat. & an pœnitentiam impositam à Romano Pontifice, possit Episcopus, vel parochus mutare ex causa, Cened. ad Decretum, collect. 40. nu. 1.

CAP. Quod dicit. IV.

S V M M A R I V M.

Quae sit hora comedendi in diebus ieiunij, & an illam non servando. solvatur ieiunium?

2 Quod Episcopus, & eius visitatores visitando Ecclesias pauperes, debent se

habere moderatè in expensis, in illis faciendis.

IN textu, ibi, Si id in tempore. i Quod de substantia ieiunij sit hora comedendi, vide cum Caietan. in summa, verbo, ieiunium, in principio. Lessiv de iustit. lib. 4. cap. 2. dub. 2. nu. 8. & 13. Tolet. in summa, lib. 6. cap. 2. nu. 5. ubi resolvit, quod communiter solet commedi per unam, aut duas horas ante meridiem, & quod attendatur semper consuetudo loci, & vide eundem ibidem ubi additio, verbo, & prandium differunt, quo loco resolvit probabiliter, quod potest quis mutare horam prædij sumendo cœnaculum circa meridiem, & prandium sub noctem, sed contrarium verius reputat Bertach. de Episcop. 1. p. lib. 4. §. De vita Episcopi, nu. 10. & §. De causa mater. Episcopi, nu. 74. concludit, qua hora debeant comedere prælati extra dies ieiunij.

In Glossa ultima, ibi, Sic faciunt Episcopi. Debent igitur episcopi, & eorum visitatores, cū Ecclesijs pauperibus mitius agere, de quo vide Abb. in cap. Cum Apostolus, de censibus. Marian. Socin. in tractat. de visitat. nu. 40. & nu. 38. per totum. Matth. Soar. in praxi visitator. cap. 8. ubi à nu. 5. cum sequentibus, & præcedentibus de materia,

CAP. Parsimoniam. V.

S V M M A R I V M.

1 Temperantia ciborum, & vestium laudatur.

2 Per verbum, non recipitur, quis censetur exclusus.

3 Quod congregations factæ pro communi utilitate, & ad opus pium sunt approbatæ à iure, & an possint fieri in Ecclesia?

IN textu. Collige ex illo, temperantiam ciborum, & vestium, non dissolutionem laudari corum. Vide Quintilianus in prologo. lib. 8. orat. ieiun. Cultus, inquit, concessus, atq; magnificus addit hominitus auctoritatem. At muliebris. & luxuriosus non corporis exornat, sed detegit mentem; refert Tiraquel. l. 3. connubial. Glossa l. part. 3. nu. 52, & 54. ubi nostri textus meminit. Adde posita ad principium distincta. 41. num. 3, & 5.

Ibi,

Ibi, Recipimus. Notat in presenti
Domin. in tertio notabili ad hoc, quod per hæc verba, non recipio,
vel non admitto, quis censetur exclusus, pde quo
vide Rothum de iure patronatus, verbo, honoris suum,
q. 46. nn. 78. ubi firmat, quod si iudex dicat,
non admitto exceptiones, videtur eas reiçere.

In textu, ibi, Congregationem in Ecclesia. Vide Prepositum, hic,
nn. 3. Bart. in l. Sodales,
num. 6. & sequentibus, C. Colleg. illicit. ubi resolvens, an sit necessaria licentia Summi Pontificis ad instituenda collegia, & prædictas congregations distinguit, quod quando instituuntur, ut personæ habitantes in eis efficiantur ecclesiasticæ, est necessaria licentia Summi Pontificis, quando vero personæ remanent seculares, quanvis tale collegium, aut congregations sint facte causa religionis, sunt approbatæ de iure, & non est necessaria authoritas Summi Pontificis. Vide etiam Feliz. in cap. Accidentes, de prescript. ubi declarat, quæ sint collegia licita, & quæ fraternitates, seu consortia faciant collegia licita. Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 20. nn. 1. & sequentibus, Paulus Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 28. num. 7. resolvit, an possint congregations fieri in Ecclesia, & lib. 2. cap. 14. per totum. Navarr. de erat. cap. 5. nn. 31. & seqq.

CAP. Sæpe. VI.

S V M M A R I V M.

Quod virtus, aliquando simulantur sub nomine, & apparentia virtutum.

N textu, ibi, Mentiuntur. Collige ex textu, quod sub specie boni, quandoq; committitur malum, ut ex nostro textu prosequitur Abb. in cap. Sicut, 2. de heretic. Stimul. pastor. ex pastorali. D. Gregor. vers. Valde attendere, fol. mihi 8. Lef. de iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 17. nn. 132. ubi invenies, an qui simulat sanctitatem, vel paupertatem, & ea ratione eleemosynam recipit, teneatur restituere? De quo vide Lefsum de iustit. lib. 2. cap. 18. nn. 132. & 133. Vasquez de eleemosyna, cap. 3. dub. ultimo. Turrianum 2. 2. disp. 85. d. 2. Lorcam, ibi, disp. 37. nn. 4. Navarr. cap. 17. num. 107. Scotum in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. Adrian. in 4. tract. de restit. q. 5. & alios apud Lefsum citatum. Cum quibus ita respondeo. Si illa fictio fuit causa finalis principalis eleemosynæ, ita ut illa nobili-

tas, vel sanctitas, vel paupertas ficta; sit principalis causa obtinendi eleemosynam maior, quam obtineret si se tales fingeret, tenebitur fictus pauper ad restituendum illius eleemosynæ excessum, quem reportavit ex fictione. Si tamen simulatio non fuit causa principalis, sed solum impulsiva ad illam eleemosynam dandam ob paupertatem, non quidem tenebitur ad restitutionem. Consultatur Frater Emmanuel in summa, tom. 1. cap. 200. nu. 1. Stimul. pastoral. 2. part. de moribus prælator, folio mihi 75. ubi de differentia inter illum, qui querit veraciter sanctitatem, & illum, qui querit apparentiam.

CAP. Episcopus. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi debent habere modicam superpellectilem.
- 2 Vbi debent episcopi habere habitationem in suis Ecclesijs.
- 3 An episcopi possint hodie habere magnas possessiones? & num. 4.

N textu. Collige ex textu; episcopum debere pauperem superpellectilem habere, mensamque, ac victum simplicem. Sic Beatus Clemens lib. 2. cap. 28. de constitut. Apostol. ait. Quod episcopi debent esse non inanes sumptus facientes, nec delicati, non sumptuosi, sed expertiores necessaria ad reservandam naturam. pro ut illum refert Navarr. de redditibus ecclesiasticis, q. 1. monitu 22. nn. 1. ubi, ait, nostrum textum esse revocatum in Concil. Trident. sess. 25. cap. 1. de reformat.

In textu, ibi, Non longè ab Ecclesia. Prepositus in cap. Necessaria, 12. q. 1. num. 1. inquit, quod de honestate, & utilitate convenit, quod episcopi habeant hospitium suum prope Ecclesiam, & sic quod non ad illud tenentur, & in hoc textu num. 4. idem Prepositus, cum eodem textu concludit, non longè ab Ecclesia habere habitationem, idem esse, quod intra limites dignitatis Ecclesiæ eam habere, quod tenent Innocent. & Archid. quos citat.

In Glossa 1. ibi, Quia modo habent amplas possessiones. De duobus potest hic dubitari: Primo, an

Dd

Episcopos

Episcopi habeant dominium in rebus temporalibus, hoc est acquisitis a parentibus, vel majoribus suis, vel aliter hoc modo? Secundo. An habeant dominium in redditibus ecclesiasticis applicatis mensa episcopalii? In primis casu, non est dubium, quod possint habere proprium, & quod habeant dominium rerum temporalium. Petr. Ledesm. in summa, 2. part. in tractat. de statu Episcoporum, conclus. 17. fol. mihi 35. In secundo casu, ultra ea, quae notavi in cap. 1. verbo, Cum hereditate, supra, distinct. 40. vide Lef. de iustit. lib. 2. cap. 4. dub. 6. per totum. Petrus Ledesm. citato loco, conclus. 24. dub. 1. ubi fusé se extendit; & in vers. Digo à lo tercero, cū præcedentibus, & sequentibus, fol. mihi 42. resolvit, quod habent dominium, cum declarationibus tamen de quibus ibi, & etiam concludit vers. A la rason de dudar, cum sequenti, fol. mihi 43.

Non est enim contra iustitiam, quod ecclesiastici possint donare propinquis, & amicis, & idem de episcopis, quanvis aliquando possint peccare, si ipsi male utantur, & ita hic textus, & similes loquuntur de consilio, & non de præcepto, ex ijs, quae Prepositus, hic, & in cap. Dilectissimis, 12. quest. 1. num. 4. ad medium, quinid ut ipse resolvit in cap. 1. nu. 2. eadem causa, & questione, convenit, quod ecclesiastici habeant proprium, quatuor de causis. Prima ad sustentationem vitæ. Secunda ad eleemosynarum largitionem. Tertia ad declinandam simulationis, vel hypocrisis necessitatem. Quarta propter infirmitatem, eoquid quanvis non habere proprium sit perfectio- nis, non est necessitas. Illud enim solum locum habuit in primo statu primitivæ Ecclesiæ, à tempore vero Sylvestri, qui fuit secundus status Ecclesiæ, contrarium est in usu, & practicatur.

CAP. Clericos. VIII.

S V M M A R I V M .

- 1 Quod clerici in omnibus debent ostendere statum, quem profitantur.
- 2 Clerici non debent arma portare.
- 3 An clericus arma portans, possit per laicos capi, & armis spoliari?

IN textu, ibi, Professione suam. Vttra ea, quae notavi in summa huius distinctionis in textu ibi; Habitum, addo quae spe-

tinatur in tit. de advocatis, §. Sequitur, num. 2. faciunt enim ad propositum, & vide D. Bernard. sup. Cantica, serm. 33. exclamantem contra clericos, qui obligationi sui status, non satisfaciunt, ubi haec verba profert. Ministri Christi sunt, & serviant Antichristo, honorati incedunt de bonis Domini, qui honorem Domino non deferunt, inde is quem quotidie vides meriticius nitor, histrioicus habitus, regius apparatus, inde aurum in frânis, in sellis, in calcari- bus, plus calcaria, quam altaria fulgent: inde mense splendida scyphis, & cibis, inde comedationes, & ebrietates, &c. Vide etiam D. Hieronym. super epistolam ad Timoth. & eundem Bernard. lib. 3. considerat. ab Eugen.

Quod autem sit contra professionem clericorum, portare arma, notatur in summa, & in cap. 1. 23. quest. 8. Abb. in cap. Clerici, num. 1. de vita, & honestat. clericorum. Mariba de iniuriatione, 4. part, casu 7. num. 1. Decian. tractat ci- minal. lib. 8. cap. 3. num. 23. Arma enim clericorum sunt lacrymæ, & orationes dicit. cap. 1. & in tantum est verum, quod eis prohibetur portare arma: quod si ter admoniti non desistant, amittunt privilegium fori; ita concludit Molin. de iustit. tom. 4. disput. 54. num. 4. & casus in quibus ea portare possint, vide cum Socin. in suis fallentijs, verbo, arma, num. 48. Et quod quando clerici portant arma prohibita, per principes sæculares possint capi, & ar- rum iudicibus ecclesiasticis consignare, & ar- ma auferre, & lucri facere sine aliquo timore excommunicationis: quia talia edicta li- gant clericos, tenet Cabal. resolut. criminal. casu 9. num. 13. cent. 1. & seqq. citans Cevarr. lib. 2. ra- riar. cap. 20. num. 28. & practicat. quest. 37. nu. 7. ubi agunt de pœnis, in quibus sunt condemnandi, & per quos iudices, Bovadilla in politica, tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 66. & sequentibus. Peguera decis. 56. num. 11. & 17. expressit Ordinatio nostra Lusitana, lib. 2. tit. 1. §. 26. ubi dispo- nit clericum arma deferentem posse à iudice laico spoliari, puniri tamen non posse pœna pecuniaria, aut alia quacumq.

Sed Pater Vasquez 1. 2. tom. 2. disp. 167. cap. 3. 4. nu. 31. fatetur hoc discrimen inter amissio- nem armorum, & pœnam pecuniariam non percipere, cum utraq vera sit pœna, & per Principes sæculares non possit illa pœna cle- ricis imponi. Vnde existimat posse iudicem sæcularem auferre arma clericis, qui contra legem civilem ea deferant, ita tamen ut illa restituant, & clericus pro crimine à suo iudice ecclesiastico puniatur: nisi etiam lex non tâ- tum prohiberet tali hora deferre arma, sed tale genus armorum etiam domi retineri; tuc enim cum tale genus armorum tanquam Re- publicæ perniciosum prohibitum esset, recte posset iudex laicus clerici illud auferre. Imò, quod

quod clericus arma prohibita portans, non possit per laicum illis spoliari, defendit Marib. de iurisdict. casu 7. nn. 7. & vide Cened. ad Decretal. collectan. 7. nn. 1. ubi invenies, quid veniat appellatione armorum. Gutierr. lib. 4. practic. q. 26. Cabal. citato loco, casu 73. Et an milites Hierosolomytani, & familiares episcoporum possint talia arma portare prohibita, Cened. citato loco.

DISTINCTIO. XXXXII.

S V M M A R I V M.

1 Quod omnis sacerdos debet esse hospitalis.

2 An ecclesiastici teneantur in opera pia convertere omnia, quae eis supersunt, deductis necessariis ad sustentationem status?

I N S V M M A.

IN textu, ibi, Hospitalēm vero Sacerdotem. Turrecremat. hīc nn. 5. ostendit septem rationibus teneri unūquemq; esse hospitalēm. Prima, quia mensa hospitalis, res sacra est, inquit ille. Secunda, quia hospitalitas disponit, & parat ad susceptionem divinæ gratiæ. Tertia, quia bona temporalia multiplicat. Quarta, quia à malo temporali servat. Quinta, quia meretur Angelos recipere. Sexta, quia Deum meretur recipere. At Paulus Fuscus in tractat. de visitatione, 2. p. cap. 13. nn. 1. multa de hospitalitate congerit, ubi nn. 4. nostri textus meminit, inquiēs, quod clerici debent sequi Christum, exercendo opera hospitalitatis, qui fuit holipes activè, & passivè; & nn. 5. resolvit, quod Episcopus potest excommunicare clericos non servantes hospitalitatem, & per totum caput latissime agit de hospitalibus, qui recipiēd; sunt in hospitalibus, & resolvit multas alias quæstiones ad hospitalitatem, & hospitalia pertinentes; vide etiam Cened. ad Decretal. collectan. 118. nn. 1. & Menoch. de arbitrar. casu 182. nn. 43. Spinum de testament. Glossa 6. principali, nn. 8. Laram in l. Si quis à liberis, §. Et si impubes, nn. 37. ubi an possit quis compelli ad hospitalitatem.

2 Secunda conclusio. Disputatio de fide materialis, seu facta, qualis est inter catholicos, animo quidem concordes, & disputantes causa exercitij, ad intelligentiam, & veritatē magis indagandam, ac errores confutandos, licita est, servatis debitissimis circumstantijs, ut patet ex textu ind. cap. satis, & ibi Glossa ult. in cap. Quis neficiat 9. distinct. Glossa in d. cap. Nos, observant Thomas, & o nnes supra citati, Simanch. de catholic. cap. 20. num. 9. & quotidie fit in scholis, & intendit textus per argumentum à contrario in d. cap. Cum quibus in fin. Dixi servatis debitis circumstantijs, quia oportet maxime ad id attendere, tam respectu audientium, ne decipiatur, vel scandalisentur; quam disputatum, ne sint indocti; quam etiam loci, & temporis, aliter fieri non potest huiusmodi disputatio: conductit illud Ciceronis 2. de natura rerum, mala inquit, & impia est consuetudo, contra Deos disputare; siue ex animo fuit, siue similate, & ex Gregor. Nazianz. refert Alciat. d. l. nemo, num. 2. legc Suar. de fide disp. 20. sect. 1. n. 1. Sanch. in Summa lib. 2. cap. 6.

3 Tertia conclusio. Disputatio vera, seu formalis, quæ habetur cum hereticis, ubi disputantes, non tantum verbis, & argumentis, sed animorum, & sententiarum diversitate dissidentes, pugnant, aliquando prohibita est, quando scilicet est periculosa; licita verò laudabilia, ubi servatis circumstantijs, nullum imminet periculum, vel saltem major speratur utilitas, quam sit periculum, quod timetur. Prius membrum probat textus nosfer sic intelligendus; textus in cap. 2. §. 1. de heretic. lib. 6. D. Thom. & supra citati Doctores, ut per Castrum, & Simanch. de catholic. cap. 20. numer. 6. Suar. ubi proxime, Sanch. citatum, numer. 2. Cum Valent. 2. 2. disp. 1. quest. 10. punct. 4. conclus. 1. Qui id ex multorum sententia comprobatur: facit illud D. Pauli 2. ad Timoth. 2. num. 14. Noli verbis contendere, ad nihil enim prodest, nisi ad subversionem audientium. Contingit aliquando, veritatem ca-

tholicā quæ simplex est, & semper prævalet, periclitari, & opprimi sophismatibus argumētis, ut inquit Hieronym. in cap. transferunt 24. q. 3. Posteriori membris patet, siquidem sæpe huiusmodi disputationes ex circumstantijs ne dū licite, sed & necessariae sunt; ut quando, vel heretici sunt in carcere, & nullum apparet audiendum periculum, vel quia inspecta illorum conditione, & errorum qualitate, magna speratur utilitas, nullum verò, vel perexiguum timeri potest periculum, immo maximum contingit, nisi habeatur disputatio, ne forte heretici auditores affecti contendant, & suis suadeant, catholicos de causa fidei diffidētes certamen recusasse, ut accidit D. Bernardo refente Castro de iusta heret. punit. d. cap. 19. ad fin. Sic Paulus cum Græcis, & alijs disputasse legitur, Adlorum cap. 9. numer. 29. ubi multa Lorini, agnoscit Glossa 1. in cap. Nos 96. dist. Simanch. de catholic. d. cap. 20. num. 7. & 8. probat multis sum. de fide dicta disp. 20. sect. 1. num. 5.

Quarta conclusio. Circa disputationem dubitativam, & eam, quæ materialis, seu facta dicuntur, nulla est differentia inter laicos, & clericos; sicut enim illa dubitativa neutri licet, d. nemo cum supra dictis: sic hæc materialis utroque conceditur, iuxta dictam conclusionem, ut passim videmus, laicos Theologæ, aut nostri juris peritos in scholis disputantes, Caietan. 2. q. 10. d. art. 7. Castro d. cap. 19. ad medium, Sanch. dict. lib. 2. cap. 6. num. 9. quidquid aliud intendat, idem Caietan. verbo, disputare, & Syllo. loco num. 1. per textum in d. cap. 2. §. 1. Quem male intelligunt.

Quinta conclusio. Maxima adest difference inter laicos, quoad disputationem veram, seu formalem, quæ cum hereticis habetur; hoc enim licet clericis licite concedatur, iuxta moderationem, de qua in conclusione 3. laicis tam simplicitè, & absolute interdictitur per hunc textum, quem sic intelligunt Caiet. d. art. 7. Castro d. loco, quidquid Glossa, & alij Doctores in d. cap. 2. §. 1. & in d. l. nemo, aliter, & generalius accipiant, quod etiam procedit in laico doctissimo, & moribus probatissimo, iuxta Glossam ibi, & satis probant Caietan. Angel. & Syllo. verbo, disputatio, Castro lib. 1. de iusta heret. punit. d. cap. 19. Albertinus de agnoscendis, q. 13. n. 12. Azor. tomo 1. institut. moral. cap. 26. q. 1. Suar. dist. disp. 20. sect. 1. num. 11. Sanch. dict. lib. 2. cap. 6. num. 5. quidquid Caietan. d. art. 7. & ibi Bañes, Petr. Ll. desm. in summa tom. 2. tract. 1. cap. 5. conclus. 13. contrarium doceant. Nomine autem laicoru non comprehenduntur insigniti prima tonsura quia non sunt laici, ut bene ait Azor. ubi proxime. Sanch. in dict. cap. 6. num. 6.: cum alijs, quos refert. Quod tamen limitabis in casu magna necessitatis, vel utilitatis. Aragon. 2. 2. quest. 10. art. 7. notabili 2. Valent. ibidem punto 4. numer. 5.

Smar. ubi proximè, num. 51. *Sancb.* ubi proximè num. 7.

6 De pena disputantis de fide in casu prohibito, an sit arbitraria iuxta qualitatem personæ loci, & temporis, & an tales sint hereticis, vel incurvant ipso facto in excommunicatione, vide *Decian.* in tract. crimin. lib. 5. cap. 42. n. 5. *Sancb.* in *Decalog* lib. 2. cap. 6. nu. 10. latissime *Farinac.* in tract. de heresi quest. 178 nu. 116. & sequentibus, *Cened.* collect. an. ad sextum 20. n. 2. *Pena ad Directriam* 1. p. q. 10. commentat. 25. cum quibus prosequere, & alia dubia occurrentia resolve *Smar.* & *Sancb.* locis proximè allegatis.

7 In textu, ibi, Eludere. *Proposit.* n. 2. docet, licetum esse reo iniuste convento, actorem eludere per textum in cap. dominus noster 23. q. 2. & per *Glossam*, verbo, malignam in cap. cupientes §. 1. de elect. lib. 6. & vide *Bart.* in l. 1. §. Non fuit n. 1. ss. dolo, Abb. & *Felin* in cap. asserte num. 1. de presumpt. & quæ notat idem Abb. in cap. 1. num. 7. de his qua vi.

CAP. Scimus. III.

S U M M A R I V M.

- 1 *Quando quis tenetur ad aliquid, non tenetur, nisi in quantum potest.*
- 2 *Prælati, & predicatori non debet cefare ab officio prædicandi, propter persecutionem.*
- 3 *Heretici incorrigibiles debent tradiri curia seculari.*
- 4 *Forma degradationis.*

In textu, ibi, Quantum vires suppeditunt. Igitur non tenetur quis facere, nisi quantum potest, ut ex textu notat *Proposit* hic in principio de quo vide *Bald.* in l. 1. c. servis fugit, quem citat *Felin* in cap. 1. n. 5. in finalibus verbis de officio delegati. Vide etiam *Doctores canonistas* ad illam regulam iuris in 6. Nemo potest ad impossibile obligari. Vbi præter impossibile iuris, & facti, datur aliud impossibile naturæ, quando scilicet iubetur aliquid excedens vires naturales, & humanam potentiam, quod proinde quis non tenetur facere.

In textu, ibi, Persecutionem patiuntur. Vide *Turrecrem.* hic citantem textum in cap. nolite, 11. q. 3. ubi etiam vide *Proposit.* n. 2. & ea quæ Abb. in cap.

Quoniam, nu. 1. ne prælati vices suas, quæ faciunt ad propositū, Stimul. pastoral. 2. p. de moribus prælat. c. 8. vers. quomodo mente, & in concionibus de officio pastoral. §. 4. fol. mihi 20. ubi post alia requirita, quæ considerat in prælato, ait, quod debet habere fortitudinem, quia inquit ille, sepe cum hereticis, & hereticorum fautoribus, & cum principiis viris decertandum est, & sicut ipse princeps pastor Christus, in petram offensionis, 1. Petr. 1. c. 2. n. 8. & in signum positus fuit: adversus quem insigeret manus *Luc.* 2. n. 35. & contra quem fremuerent gentes, & principes convenirent in unum *Ps* 2. n. 1. ita quisquis locum eius tenet & spiritum eius habuit, & murus exequitur simile certamen se sciat esse subunitum. Addic etiam quod talis debet esse episcopus, quod vero in illum cadat quod de Israele olim dictum est. *Genes.* c. 16 n. 12. Manus eius contra omnes, & manus omnis contra eum. Et paulo post ex D. Cypriano in epistola quadam ad Cornelium Papam multa refert.

In glossa, verbo, recedere, ibi, 3
hodie autem. Supponendum cum *Cened.*

ad *Decretal.* collect. 103. n. 1.

D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 2. *Sylva*. verbo, hereticus, *Nar.* in cap. novit de iudic. notabil. 3. n. 41. & in manual. cap. 11. n. 17. *Samanch de cathol.* cap. 31. n. 1. quos refert *Spino de testament.* *Glossa* 12. rubrica n. 6. *Sancb.* in summa lib. 2. cap. 7. a principio, quod hereticus dicitur ille, qui baptisatus errans in intellectu in his, quæ iunt fidei christiana manifesta, vel fidei deliberate non credens, pertinaciter, & voluntarie errori adhæret. Dicendum est, quod quādō talis est incorrigibilis traditio curiæ seculari ut puniatur, de hoc est *Glossa celebris*, verbo, post medium in cap. cum non ab homine, de iudic, vide etiam *Abb.* in cap. ex. omnicat. nu. 10. de heret & in cap. ad abolendam. nu. 1. eodem ut. quod intelligendum est cū *Salz* in praxi cap. 17 & ibi *Additio littera*. D. *Abb.* in c. ad abolendam nu. 5. illo tit. de heret. ubi tenent quod primō debet procedere degradation, postea vero fieri traditionē curiæ seculari.

De forma degradationis, vide textū in c. degradatio, & ibi *Archid.* & *Domin.* n. 1 de panis in 6. & in cap. 1 de heret. eodem lib. *Alberin* in cap. Quoniam quest. 14. ubi latē de heret. in 6. *Cened.* ad *Decretal.* collect. 65. n. 3 *Salz*. in praxi cap. 3. n. 7 *Bertachin.* in tract. de epis. opo, 8. p. lib. 4. de degradatione fol. mihi 129. & quod traditio sit ultimum supplicium, & quod requiratur incorrigibilitas, ut possit habere locum, vide quæ notavi in tract. de confess. sollicit q. 2. n. 34 & 58. Et casus quibus Ecclesiastici traduntur curiæ seculari, vide cum *Glossa*, verbo, postmodum, & cum *Roias de heret.* 1. p. n. 590 & 2. p. assert. 14. n. 183. & assert. 21. n. 235. & quando traditio fit, an iudex secularis tenetur stare processui factio per ecclesiasticō vide *Abb.* in cap. ea quæ numer. 14. de statu mo nacher.

C A P. Ephesijs. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Trident. nostrum textum innovavit.
- 2 Quando Episcopus habet impedimentum ad regimen Ecclesiae, debet ei coadiutor dari.
- 3 Episcopus, & Doctor debent publicè veritatem docere, & nequitiam increpare.
- 4 Argumentū à contrario sensu valet in iure? & num. 5.
- 5 Irregularitas, an incurrit per mortē spiritualē?

IN textu, ibi, Paulus dicit. Innovavit Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. de reformat. ante medium. & sess. 23. de reformat. cap. 1. in principio.

Ibi, Annuntiarem omne cōsilium vobis. Sed quando, episcopus per se non potest, an debeat ei dari coadiutor, vide textum in cap. de rectoribus, & ibi Abb. n. 2. de clero agrotant, & in cap. consultationibus, eodem titulo, ubi inquit, quod coadiutor est ille, qui datur iure, vel iudicis auctoritate ad coadiuvandum officium praeſidentis, & quod quando datur Episcopo ad temporalia, sufficiat ætas 25. annorum, si ad spiritualia, quod necessarij sunt 30. anni, Goncal. tamen de mensibus Glossa 9. §. 9. num. 6. tenet. quod in coaduatore episcopi requiruntur 30. anni, non adhibita predicta distinctione, & quis possit episcopo dari in coadiutorem, vide cum eodē Abb. in d. c. de rectorib. n. 2. ubi & in d. cap. consultationibus, multa de materia; vide etiā Oldrad. conf. 44. per torum, & cum Specul in tit. de feudis, §. Quoniam super homagis, n. 74. ex quibus causis posuit dari coadiutor, & cum Goncal. d. §. 9. & n. 19. ubi aliquos refert. Prima infirmitas animi, vel corporis. Secunda senectus. Tertia quando lingue officium amisit. Quarta quando est negligens, & remissus. Quinta quando populus, quem curat est numerosus. Sexta quando est suspectus de dilapidatione honorū Ecclesiae. Septima quando ab hostibus est captus. Octaua si sit inhabilis, vel illiteratus, vide etiā Flamin. de resignat. lib. 7. c. 20. per torum, Garc. de benef. 4. p. c. 5. & num. 3. ubi multos refert. De impedimentoo rectorum inferiorum ab Episcopo, vide Abb. in cap. quoniam, num. 1. nō prelati vices suas.

In textu, ibi, Increpare delinquentes noluerit. Debet igitur delinquentes increpare, & doctor publicus, seu concionator, tenetur publicè veritatē docere, licet fructus alicuius privati non speretur. De quo ultra ea quæ notavi in cap. scimus, supra eadem n. 2. quæ hīc possunt adaptari, vide Abb. in cap. quoniam 3. in principio nō prelati vices suas ubi hæc verba profert. Nota primo, quod sacerdos in regimine Ecclesiae, debet habere considerationem ad præmium aeterna retributio- nis, non autem ad lucra temporalia. Vide etiā Sam. de matrim. lib. 2. disp. 38. nu. 19. qui nostri textus meminit.

In textu, ibi, Tacendo. Igitur argumentum à contrario sensu valet, de quo est textus in l. ex eo, l. qui testamento, §. Mulier ff. de testam. l. conveniūla ubi, Bald. C. episcop. & cleric. l. nemo C. iurisd. omn. iudic. cap. Cum Apostolica, ubi Abb. n. 8. de his quæ fiant à prelatis sine consens. capit. latè Alex. in l. quæcunq; n. 9. ff. officio eius cui mādat. & ibi additio Felin. in c. Significasti, num. 9. de foro compet. quem vide, ubi ponit regulam affirmati- vam: quod argumentū à contrario sensu fortissimū est in iure, & valet, per quam discurrit per quatuor ampliations. Prima igitur ampliatio est, quod procedat etiam in verbis contrahentium. Secunda in rescriptis. Tertia in ultima voluntate. Quarta in sententijs; & quod procedat etiam in feudis, Iason in l. de qui- bus, 15 ff. de legib. & de materia latē in l. quæcunq; n. 36. ff. officio eius cui mandat. Bart. in l. omnes populi, n. 61. ff. iustit. & iure, & in l. 1. n. 4. ff. de Agrico. & cens. lib. 11. & in l. 1. n. 4. ff. condition. & demonstat. Alex. conf. 150. num. 26. vol. 5. & conf. 105. num. 8. vol. 3. & conf. 10. num. 4. vol. 7. Socinus in suis fallentij num. 46. Barbat. in Clement. 1. de electione num. 124. Gozadin. conf. 37. num. 14. & conf. 46. num. 6. & conf. 81. num. 6.

Prima limitatio ad prædictam regulam est, ubi resultat intellectus contra alias leges, quæ limitatio intelligenda non est, quando lex nova nihil operaretur, nisi ēā inducendo in contrarium, & quando lex antiqua corrigeretur in genere, non in specie. Secunda limitatio est, ubi fuerit apposita dictio, præsertim, maxime, & similes, quia illæ inducunt maiorem rationē in casu contrario, & sic non procedit argumen- tum. Tertia in verbis narrativis. Quarta in ver- bis cause impulsivæ. Quinta in verbis causa finalis, & modalis. Sexta in statutis, quæ sup- to tali arguento correxerint ius commune, quam ultimā limitationem restringit duobus modis, quos vide à nn. 13. in fine, & sequenti- bus, vide etiā Tolecum in summa lib. 1. cap. 8. numer. 4. Adde posita ad cap. 1. numer. 7. supra dist. 9.

6 In textu, ibi, Occidit. *Præposit. hic notabil. 4. concludit, ex eo, quod textus inquit, quod prælatus occidit subditos, non corrigendo eos, sumitur argumentum, quod propter mortem spiritualem non incurritur irregularitas, sicut propter corporalem: quia hoc planum est, inquit ille, in hoc nihil est quod dicimus quia ut ipse dicit, planum est, & tenet. Tolet. in summa lib. 1. c. 17. n. 1. de irregularitate, quæ contrahitur propter mortem corporalem, videbis posita ad cap. de his infra. 50. dist.*

7 In Glossa verbo, annuntiatē, ibi, argumentum. *Cotrovertit Gloss. an sit imputandum alicui illud ad quod tenetur, quando per illum non stat quomodo fiat. De materia Bart. in l. 1. Constitution. & substitut. per totam, & in l. si uno, §. Item cum quidam, ff locati & in l. 1. §. Diuus in 2. ff. yarijs, & extraordinar. cognit. Decius cons. 70. n. 1. in fine. & n. 2. Diuus in regula imputari, 41. & in reg. cu stat. 66. de regulis iuris in 6. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 13. num. 17. Guiser. in l. nemo potest, num. 22. ff. legal. 1.*

CAP. Dispensatio. V.

S V M M A R I V M .

- 1 *Prædicatores non debent tacere.*
- 2 *Subditi tenemur obedire prælati? & num. 3.*
- 3 *Responsio præcipitata potest revocari.*

I BI, Væ si tacueris. *Caveant igitur prædicatores, ne taceant, tempus est loquendi Eccl. 3. n. 7. 1. Corinth. cap. 9. na. 16. Væ enim mihi, si non Evangelizavero, Isay. cap. 6. n. 5. Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. & Ierem. c. 48. n. 10. Maledictus, qui opus Domini facit negligenter, & sic Paulus Apostolus formidabat, quanto magis alius exiguis, prosequitur latè Paul. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 18. n. 7. qui textus meminit, adde posita ad cap. 1. n. 3. supra bac eadem dist.*

2 Ibi, Debeant parere. *De excellētia virtutis obedientiæ, vide D. Thom. 2. 2. q. 86. art. ult. quem citat Felic. in cap. Illud, in fine de maiorit. & obediēt. & quod obediēt, alia sit generalis, alia specialis, vide per ea, quæ notavi in tract. de confess. sollicitant. q. 20. num. 7. & quod subditi tenentur obedire suis superioribus, in cap. omnis anima, de censibus, l. 2. ff. de iustit. & iure, l. non potest ff. de regu-*

lis iuris. D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 1. Dimus in regula quod quis, nup. 5. de regul. iuris in 6. Abb. in cap. Cum non licet, m. 5. de præscript. Navar. in manual cap. 23. num. 36. & cap. 14. n. 2. & 12. sed hoc intelligitur, duobus concurrentibus. Primo quod præceptum sit de his, in quibus superior habet suam superioritatem, & subditus ei subest, verbi gratia index iuxta suam iurisdictionem, pater, dominus, maritus, in ijs, quæ spectant ad patriam, dominican, sex uxoriā potestatem, D. Thom. 4. q. 104. art. 5. Navar. d. cap. num. 36. & sequentibus. Secundo quod præcipitur, sit licitū: de quo vide Abb. in cap. litteras, nu. 25. de restitut. spoliat. & ine. ad aures num. 1. in fin. de temporib. ordinat. Dim. in d. 5. aut index teneatur obediēre, & exequi mandatum superioris, si ei videatur iniustum? Cened. ad Decretal. collectan. 3.

At casus, in quibus subditus, nō potest obediēre prælato, vide cum Abb. in d. cap. cum nō licet n. 3. de præscript. & in cap. ad aures & quando quis facit actum obedientiæ, an præsumatur, quod obediuit ex timore, an animo obediendi? Vide Abb. in cap. olim, n. 9. de restitut. spoliat. Et an si subditus obediendo superiori danū dat, teneatur ad pænam. vel damnum; vide L. ad ea. 200. ff regul. iuris, Bart. in l. iusta, n. 4 ff. acquirend possess. Clar. §. fin q. 60. n. 15. & ibi additio, Corat. lib. resolut. c. 1. n. 2. vers. 5. Gomes 3. tomo cap. 3. num. 42. Et an actus factus à subdito de mandato superioris sit validus, & securus, resolvè affirmativè per textum in l. qui in aliena ff. acquirend. heredit. l. si pater, ff riuu nupt. D. Thom. citato loco art. 2. ad Tertiū Bart. in l. qui carcerem, num. 1. ff. quod metus causa, Gom. tomo 2. cap. 3. n. 27. vers. decimo inferunt, Gamma decis 262. limitando tamen cum Decio in cap. fin. n. 2. de appellat. Corat. de sponsal. 2. p. cap. 3. §. 6.

In §. Pariter, ibi, irrevocabile verbum. *Vide quæ notavi in cap. 1. n. 2. hac*

eadem dist. quibus adde Felic. ad præmium Decretalium, num. 1. & 2. ubi inquit ex Dominico, quod incauta loquutio dicitur, quæ fit sine aliqua deliberatione præcedente: unde infert, quod antequām quis loquatur, debet cogitare, & præmeditari quod loquitur, citat textum in cap. Sciendum, ubi vide posita 29. dist. cap. inier hircum de penit. dist. 3. vide etiam textum in cap. ponderet 50. dist. Atque si ex abrupto, & absque deliberatione, aliquis in iudicio confiteatur, possit illa confessio revocari, tanquam erronea, & hoc etiam ex intervallo, nō aliter doctus de errore? Vide latè eundem Felic.; multa tradit Decianus response. 8. num. 105. & 106. vel. 1.

DISTINCTIO. XXXXIV.

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit gula, & an sit peccatum mortale?
- 2 An clericus teneatur restituere fructus beneficij, quos convertit in malos usus?
- 3 An clericus non recitans horas canonicas, teneatur restituere fructus, & quomodo?
- 4 An commendatarij teneantur ad restitutionem fructuum, si illis male utatur? & num. 5.
- 6 An superior faciens actum cum inhabili scienter, super cuius inhabilitate potest dispensare, dispensare videatur?

IN textu, ibi, Gulæ intemperantiam. Gula est appetitus inordinatus cibi, & potus. D. Thom. 2.2.q.148.art. 1. & sequentibus Tolet. in summa lib.8.cap.59. in principio, Navar. in man. cap.23.n. 119. Frater Emman. Rodrig. in sum. cap.128. Lessius de iust. lib.4. cap. 3. dub.1. Petr. Ledesm. 2. tom. in tractat. de abstinentia cap.3. Hæc committitur quinq; modis. Primo circa substantiam cibi, & potus, cum præter modum sint pretiosa, & lauta. Secundo circa quantitatem, cū quis vescitur, vel bibit supra id, quo indiget. Tertio circa quantitatem, cum cibos delicatos nimis, & exquisitos querit. Quartio circa delectationem gustus, cum nimis sibi complacet in gustus delectatione. Quinto circa tempus, cum indebito tempore sumuntur cibi, & potus Tolet. & Navar. ubi proxime, Lessius num.2. D. Thom. d. q. 148.n.4. & quod in sex casibus gula sit peccatum mortale, Tolet. citato loco cap.40. Seu cū Lessius proxime citato num.7. quod in septem casibus datur tale peccatum. Primus est, quando quis propter gulæ voluptates furatur, vel iniquos contractus facit. Secundus quando omittit id ad quod ex precepto divino tenebatur, ut si non solvat creditoribus. Tertius quando violat ieiunia Ecclesiæ, vescendo carnibus, vel saepius comedendo. Quartus quando ex gula gravem noctam infert valetudini, id advertens vel suspicans eventurum. Quintus si cum scandalo proximi. Sextus quando probabiliter timetur aliquod peccatum mortale, ex quantitate, vel qualitate cibi sumpti committendum; ut si experientia nosces te inde ad turpia so-

lere concitari, & consentire; si tamen omnino putas te satis firmum ad resistendum, & solidis gule affectu vescereris, non erit peccatum mortale. Septimus si quis vesceretur carnis humanis, Lessium, eundem vide dub.2.n.10. ubi resolvit in casu necessitatis posse id fieri quod etiam tenent Caiet.2.2.q.48.art.2.in solutionem ad 2. Abulens. 4. Reg. c.6.q. 32. Navar. in sum. c.23.n.123. Sæ. verbo, Comedere, n. 1. Tolet. post 7.lib. tract. de septem peccat. mortalib. c.60. n.3. Sanch. lib.1. decal. cap.18. nu. 12. sed contraria opinio negatiua, est etiam probabilis, ex eodem Lessio, ubi proxime, Sanch. ubi proxime, & illam tanquam probabilem tuentur Viat. select. de temper. nu.8. Azor. tom.1.lib.7. cap. 35. q. 4. Valent. 22. disp. 9. q.3. punto 1.col.3.

In textu, ibi, Non luxuriari. Et si luxurietur; an teneatur restituere? Resolue, quod non. Pater Molin. 1. tom. de iustit. & iure disp. 144.n.19. Lessius de iust. lib.2. cap.3. dub.6.n.43. Spino de testam. Glossa.14. rubr. num.18. & adde his ea quæ notavi supra dist.40. & in cap. 1. verbo, cum hereditate misit, & dist.41. cap. Episcopus, verbo, quia modo, & dist. 42. in summa, verbo, aliena rapere. & an quando clericus dederit concubinæ ob bené merita valida sit donatio, Decian. vol.3. respon. 17 n.24. citans Anch. & Afflict. de iust. 102. Ceyal. q.273. num. 6. affirmatiue reolvit, an supposito quod donatio sit valida, & non teneatur restituere ipse clericus, an tali casu fiscus possit illum auferre concubinæ; vide Peres l.1.iii.3.lib.1. ordinam. Roland. conf. 98.n.1. Gatier. de iuram. cōfirm. 1.p. cap.6.n.5. Gomes l.53. Tauri. num.68. quos citat Spin. citato loco num.9.

In textu, ibi, De altari vivere. Et sic tenentur etiam altari servire; unde clerici beneficiati, tenentur restituere fructus, non recitando officium diuinum, ut tenet Navar. in man. cap. 25.n.122. Frater Emmanuel. in sum. 1. somo tractat. de religione cap.4. conclus. 20. dub.5. fol. mihi 496. Salz. in praxi cap.57.n.1. cum quibus omnibus videri potest, quibus casibus peccat, qui non recitat officium diuinum, & qui tencatur illud recitare, & quibus causis excusentur; & qualis attentio requiratur in illis. Lessius de iust. lib.2. cap.37. dub.11. & dub.12. num.77. An sit peccatum mortiferum loco officij de feria, dicere de Sanctissima Trinitate, vel de Deipara Virgine. Lessius citato loco, num.77. ubi concludit illam officij mutationem etiam dedita opera factam non esse peccatum mort. idem tenet Azor lib.10. inst. moral. cap. 10. dubit. 2. cum Caiet. sylvest. Armilla, Soto, Bartolom. Medina, Angles, Vega, Zerola, quos citat. Garcia de benefic. 114. etat. de obligatione recitandi, 3. p. capit. 1. num.145. Ipse tamem Gracia num.150. affirmat per talen mutationem cōmitti peccatum mort. & tenet tras-

transgessorem ad restitutionem fructuum beneficij. *Suar. de horis canonicas lib. 4. cap. 23. à n. 12.* afferit ex genere suo esse peccatum mort. ob parvitatem vero materiae posse esse veniale. An coadiutores perpetui cum futura successione, virtute talis coadiutoriae, teneantur recitare horas canonicas, resolve negative cum *Garcia de benef. I. tom. 3. p. cap. I. nu. 109.* ubi citat *Medin.* pro hac opinione.

4 In textu, ibi, Non solum sacerdotibus, sed etiam laicis. *Quid de commentarijs?* Dic quod commentarij attento iure, & consuetudine, duplicitè considerari possunt. Primo quatenus illis Ecclesiæ commendantur tanquam custodibus illius, faciendo eos depositarios illorum fructuum iuxta, *textum in cap. nemo, ubi Glossa, verbo, commendare, de electione lib. 6. Praeposit. hic num. 5. Frater Emmanuel in summa 3. tom. cap. 31.* Secundo possunt considerari, quatenus sunt milites, scilicet Sancti Ioannis. S. Iacobi Calatravæ, Christi, & similes, de quibus per *Cassian. in cathalag. gloria mundi p. 9. considerat. 7. cum sequentibus, & precedentibus. Cened. ad Decretal. collect. 29 n. 4.* quibus in aliquibus Ecclesijs applicantur, illorū fructus, & redditus, de quibus sustentatur in premium defensionis Ecclesiæ, cui sunt adstricti, & obligati, per professionem, quam faciunt, & ita sunt religiosi profissi certo modo quanvis non perfecte, & integrè, *Pater Molin. de iust. & iure tom. I. disp. 141. nu. 7. & de his Frater Emmanuel. citato loco cap. 30.* In casu dicendum est, quod cum hodie sumimus Pontifex predictis commentarijs, predictas commendatas concedat, ut decentius se sustentare possint, & sic abolevit antiquum tempus, quo tantum in custodia cōcedebantur, non teneantur restituere fructus quanvis eis abutantur, siquidē possunt de illis disponere, tanquam veré Dñi. *Praeposit. hic n. 5.*

5 Sed hoc intelligitur deductis prius expensis necessarijs cultui divino, tales namq; cōmentarij non possunt immutare statū Ecclesiæ, & sic debent ei facere servire per numeram clericorum consuetum, & hospitalitatē, more solito ibi teneri, & consimilia onera sustentare, ut resolvit *Abb. in cap. de Monachis, nu. 3. de prebendis, & dignitat. & in cap. querellam num. 1. de elect.* & quod non teneantur restituere fructus, videtur etiā sentire *Frater Emmanuel. citat. loco c. 31.* & idem colligitur ex *Concilio Trident. de reform. sess. 24. cap. 17.* ex æquiparatione quam facit cōmendarum alijs beneficijs; de his commēdatarijs vide *Garc. de benef. I. tom. p. 4. n. 6. ubi à n. 9.* invenies, an Episcopus possit commendare, & p. 9. tom. 2. cap. 2. num. 19. & sequentibus, quod æconomi, seu Vicarij, qui Ecclesiæ deputatur, dum de rectore illi providetur, possunt dici

lato modo commendatarij. In secundo casu à fortiori, dicendum est, tales commendatarios non teneri ad restitutionem fructuum, habēt enim verum dominium illorum, & sic possunt de illis disponere. *Pater Molina ubi proximé, num. 6. Frater Emmanuel. citato loco cap. 30.* in illis enim habent locum omnia, quæ diximus de verè beneficiatis respectu restitutionis fructuum, dantur enim eadem rationes.

In Glossa, verbo, utrumq; ibi, **6**
& est hic argumentum. *Quod Sum-*

mus Ponti-
fex censeatur tacite dispensare, si facit actum
scienter cum inhabili, ad cuius validitate est
necessaria dispensatio, tenet Glossa verbo, oppo-
nere in cap. Cum Ecclesiastice de except. Bart. in l. qui-
dam, num. 2. ff. reindic. Bald. in l. imperialis, §. I. C.
denupt. Abb. in cap. Si quando num. 3. de rescript. ubi
Felin. num. 6. Decius 5. Gygas de pensionib. q. 16. n. 12.
& sequentibus, vide tamen Oldrad. conf. 325. per
totum, & conf. 332. nu. 1. Goncal. de mensib. Glossa 15.
nu. 33. Gom. in regul. de non tollend. iure quefit. q. 18.
vers. tamen istis non obstantibus, ubi inquit, quod
ad hoc ut Papa videatur per actum, quem fa-
cit, dispensare, sex requisita sunt necessaria.
Primum quod Papa sciatur factum, & ex illo iuris
dispositionem. Secundum, quod pariter sciatur
esse opus in illo facto dispensatione. Tertium
quod ex certa scientia affirmatum actum
faciat, & illum exprimat. Quartum quod de
causa motiva dispensationis cognoscatur. Quintum
quod ex eius actu tertius non loedatur.
Sextum quod si loedatur debeat regulæ deroga-
ri. Vide etiam textum in Clementin. unica de
sentent. excommunicat. Iason in l. Barbarius ff. officio
prator. num. 13.

C A P. Comessationes. I.

S V M M A R I V M.

- 3** *Quomodo se debet habere prælatus, qui vult in Ecclesia sua aliquem abusum extirpare?*
- 2** *Quid faciendum sit, quando capitulum, seu Universitates citari debent? & num 3.*
- 4** *Multi, quot dicantur?*
- 5** *Pena minui debet, quando multitudo delinquit.*

IN textu ibi, Sic enim agendū **3**
est cū multitudine peccatiū.
Praeposit. in cap. omnia, num. 1. in fine, dist. 2.
Ec 3 inquit

inquit, quod Praetatus ad extirpandas pravas consuetudines expectare debet temporis opportunitatem, inter ceteras enim circumstan-
cias actuum humanorum, una est tempus, &
adhuc eo casu uenundum est magna cautela,
ubi enim agitur de corrigeada multitudine fa-
cile suscitatur scandalum, nisi prudenter res
agatur. & in cap. ult. num. 6. dist. 11. dicit, quod cū
novitates discordias pariant, iuxta textum in
cap. Cum consuetudinis, de consuetudine, quod in tali
casu, ut hoc nō fiat, cum scandalo, cautela est,
quod praetatus consulat Papam, & cum eius
authoritate procedat ad extirpationem malo-
rum usuum, res enim tutius, & cautius propter
authoritatem Papæ, & Sedis Apostolicae, tunc
fiet. Rursus si quid à populo impetrari desi-
deratur, prius in illam sententiam nobiles ad-
ducendi sunt, nam facilius ceteri illorum
authoritate trahuntur, ut ex nostro textu
comprabat Tiraquelus de nobilitat. capit. 73. nu-
mer. 133.

**2 In textu, ibi, Scripturis com-
mendo.** In hac questione potest tracta-
ri de citatione, quæ sit per editum, & de citatione, quæ sit per nuncium. In
primo casu dic, quod sufficit proponere cita-
tionem in loco publico, & solito edictoru, aut
similium citationum, ita tenet Bart. in Extrava-
gant. ad reprimendum, verbo, citatum, folio mihi 82.
vers. num. 1. Marian. Socin. in tractat. de citatione
art. 20, quest. 20. num. 52. in principio. In secun-
do vero casu, qui est proprius dic quo agimus,
vide Imol. in Clementina causam de electione nu. 41.
Glossa, verbo, factam in cap. si capitulo de conceps.
probanda lib. 6. quam multum commendat Abb.
in cap. Bona, num. 19. de electione, ubi concludit,
quod nuncij requirunt praesidentem, qui de-
bet convocare capitulum, seu universitatem,
ut eam cōvocet, iuxta morem solitum. Quod
si se includeret, ne fiat cōgregatio, perinde est,
ac si facta sit, ad instar eius, qui latitat, vel im-
pedit, quomodo citari possit; & quod poterit
compelli ipse præses, & quod quādo aliqui de
communitate vēniunt, aliqui non, quod suffi-
cit praesentari Decano, vel rectori, vel ei, qui
maior est ibi, & illis, qui cum eo sunt. At vero
cap. bona, supra citatum in vers. cum etiam si quilibet,
tenet quod singuli de capitulo sunt citan-
di. Bart. vero in d. Extravagant. ad reprimendum
addit prædictæ Glossæ in cap. si capitulo, quod
sufficit citare praesidentem vel caput, qui ipsi
capitulo, vel communitati præsider, vel quod
fiat per præconem, clamante nuncio, alta vo-
ce per populum, castrum, seu civitatem, quod
ex parte talis iudicis citat talem communita-
tem, iei universitatem. De materia vide Abb.
citato loco, Luc. de Peñ. in l. fin. vers. ut autem pro-
pe finem. C. re militar. lib. 12. fol. mihi. 279. Ma-

rant. de ordine iudic. 6. part. membr. 1. de citat.
num. 94.

Nihilominus, salva omnium pace, Socin. in
d. tractat. de citat. d. num. 52. vers. tu vero distinguo, 3
considerate, & melius loquitur. Resolvit igitur,
quod quando citatio fit per nuncium, si
universitas habet syndicum habentem legiti-
mum mandatum ad id de quo queritur, suf-
ficit eum citare, & si non habet syndicum, &
est congregata in loco solitæ congregationis,
ibi debet citari; quod potest fieri etiam si om-
nes ibi non sint, si tamen sint maiores cum
alijs, & si non reperitur congregata, tunc nū-
cius debet petere, ut congregetur more solito,
& si ille ad quem pertinet congregare latitat,
vel non vult, ut congregetur, seu non potest
congregari, tunc debet fieri citatio in illo lo-
co, seu ante illum citando rectores, vel maio-
res ipsius communis, & quod si possit re-
periri præses, vel maior sufficit eos citare,
quanvis non sint in loco solito, vel etiam sin-
gulos de Universitate, sed non debent citari,
tanquam privati, sed sub nomine Universi-
tatis, cum quo alia multa de materia potes vi-
dere, & vide Barb. in Clement. causam, num. 37. de
electione.

In textu, ibi, Multitudine,

Vide Aretin. in tractat. malefic. in iubrica pluribus,
& pluribus, folio mihi. 72. vers. num. 2. & in §.
Servorum, numer. 1. Institut. iure personarum, Bart.
in leg. 1. §. Hoc rescriptum in principio, ff. ad Sil-
van. Alexand. in l. Imperator, numer. 10. ff ad Trebel.
Iason. in l. licet, num. 19. ff. legat. 1. Luc. de Pen. in
l. nominationum; verbo, ne paucorum, de decurioni-
bus lib. 10. qui omnes tenent, quod duo, vel
tres dicuntur multi; nihilominus, Abb. in cap. Latores, num. 5. de clericis excommunicationis ministr.
inquit, quod quando statutum facit mentio-
nem de multis; tunc secundum subiectam
materiam iudicandum est, quot sint multi, &
hoc arbitrio iudicis relinquendum erit; idem
tenet Felin. in cap. Dilectus in 2. numer. 3. de simo-
nia, Iason in l. licet Imperator, ubi numer. 21. di-
cit, quod quanvis duo, vel tres dicantur mul-
ti, non tamen faciunt multitudinem, nec
etiam octo, & quod arbitrio iudicis relinquē-
dum est.

In Glossa fin. ibi, & habes hic,

Glossa hic ponit duas limitationes ad regulā,
quod cum multitudine, semper in penis mi-
tius agendum est. Alteras vide hic cum Pie-
posit. num. fin. Turecretat. c. ut constitueretur, nu. 1.
dist. 50. Abb. in cap. Latores, nu. 3. de clericis excom-
munic. Felin. in cap. Dilectus, in 2. nu. 3. de simonia,
ubi prædictæ regulæ congerit septem fallen-
tias. Primā, nisi multitudo defenderet deli-
ctum. Secundā, nisi delictū esset maximum.
Tertiam

Tertiā, nisi esset multitudo religiosorū. Quartā, nisi loquantur in pœna æterna. Quintā, nisi esset delictum non commissum, sed committendum. Sextam, nisi cessaret scandalum. Septimam, nisi in multitudine essent aliqui principaliores, tunc enim in his casibus, illis non parcitur; optimè Tiraquel. de pœn. tempore fandis, causa 47. nū. 10. qui utroq. loco nostrum textum refert Paulus Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 15. nū. 53.

C A P. Non oportet. II.

S V M M A R I V M.

1 Quis pœnas incurrat clericus tabernas ingrediens?

2 Verbum, oportet, quid importet?

I N textu, ibi, Tabernas intrare.

Bertach. in tractat. de episcop. part. 8. lib. 4. de causa materiali degradat. vel depositionis. n. 14. inquit, quod episcopus, vel clericus tabernas frequentans debet deponi; quod limitari debet, quando peregrinationis causa sit, ut in cap. sequenti. Salzed. tamen in praxi, cap. 81. num. 3. eum reprehendit dicens, iure non probari, & quod pœna relinquitur arbitrio superioris, ut consideratis frequentatione actuum, personæ qualitate, & videntium scandalō, eos possit punire, ut illis visum fuerit, sequitur Gutierr. lib. 2. Canon. cap. 4. nū. 67. qui nostri textus meminit, & nū. 69. Addē posita ad cap. Ante omnia 9. nū. 3. supra, dist. 35.

2 In textu, ibi, Non oportet.

Quod hæc dictio importet necessitatem, tenet Bart. in l. 1. in principio, ff. iust. & iure. Decius in cap. Intelleximus, num. 7. de iudic. Vide Glossam in cap. 1. 25. q. 1. & cap. Ut qui duas, 25. de electione. lib. 6. & Glossam, verbo, oportet. in cap. 1. de prescript. eodem lib. 6. Glossa, verbo, oportet. in cap. Cū ab uno, de re iud. lib. 6. Sed an verbum necessitatis importet semper necessitatem, an etiam honestatem? Vide Ioson. in l. 1. nū. 3. ff. iurisdict. omnium iudic. Abb. in cap. 1. nū. 7. de despontat. im- puber. Felin. in cap. Nam concupiscentiam, de constit. ubi tenet, quod verbum necessitatis, importat etiam honestatem, quando subiecta materia id suadet, per Glossam, quam citat in Clement. attentes, de statu monachor.

C A P. Nulli. III.

S V M M A R I V M.

- 1 An posset clericus habere tabernam?
- 2 Officium tabernarij nobilitati derogat.
- 3 An concessō, quod est maius, concedatur quod est minus? Et an prohibito, quod est minus, prohibetur, quod est maius?

I N textu, ibi, Tabernā habere.

Glossa in cap. 1. verbo, ignominiosas, de vita, & honest. clericor. lib. 6. tenet, quod clericus non potest tenere tabernam; de quo Gutierr. lib. 2. Canonic. cap. 4. nū. 68. qui textum refert. Sed Dominic. ibi, num. 9. distinguit duos casus. Primum, quando tabernam habet, ut in ea personaliter administret. Secundum, quando eam alijs locet ad administrandum. In primo casu etiam distinguendum est: quod aut in persona administrat dictam tabernam, seu ergasterium (quod est statio, sive apotheca, ubi sunt, & exponuntur res venales secūdum Praeposit. hīc, nū. 3.) in artificijs, seu negotijs in honestis, & tunc non potest; seu in artificijs, vel negotijs clero permisis, & tunc ei non prohibetur: Glossa in cap. Negotiationem, dist. 58. & quis dicatur negotiator in honestus, vide cum textu in cap. Ejectens; dist. 88. In secundū casu, quando clericus habet tabernam non ad administrandum eam in persona, sed ut eam alijs locet, hoc non est ei prohibitum; & in casu quo ei prohibetur, si monitus non desistat, quod perdit privilegium clericale; vide cum Anchar. in Clementi diacefanis, nū. 10. de vita, & honestat. clericor. & ibi Imol. nū. 14. & nū. 6. Cened. ad Decretum, collectan. 37. nū. 20. Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 136. quinimò Bertachin. in tractat. episcop. 8. part. lib. 4. in causa material. degradat. nū. 14. inquit, quod debet deponi, vi de tamen Salzed. in praxi, cap. 81. nū. 3. in fin.

Merito enim prohibetur clericis tabernas habere: quia tabernarij, popinarij, seu caupones, inter vilissimos homines numerantur, teste Tullio in oratione pro Lucio Flaco 14. Opifices, inquit, & tabernarios, atq. omnem illam faciem civitatum, quid est negotij concipiare? Textus optimus in l. Humilem, C. de incestis nupt. l. 1. C. de natal. liber. Videmus plerumq. tabernarios, & ipsorum famulos adeo incontinentes, ut non admodum differant ab ijs, quæ in lupanarib[us] habitant, ut insinuat textus in l. ult. C. si mancip. ita neine, ne prof. & in l. Athletas, §. Ait prætor, ff. de his, csi notant

notantur infam, prosequitur Tiraq. de nobilit. cap. 34.
nu. 44. qui nostri textus recordatur.

In textu, ibi, Quanto magis alijs. Reslove cum *Præposit.* hīc nu. 2. quod quando minus continetur, in eo quod est maius, tanquam pars ipsius, vera est regula; quod concessio, quod est maius, censeatur concessum, quod est minus, ex textu in *cap. Plus, de regulis iuris, in 6.* Si vero minus non continetur in eo, quod est maius, tunc distinguendum est, quod aut concessio illius, quod est maius, procedit à dispositione iuris communis, aut à iuris specialis dispositione. Primo casu, concessio, quod est maius, etiam censemur concessum, quod est minus, dicit. *cap. Plus,* & *cap. In toto, de regul. iuris, in 6.* In secundo vero casu, regulariter concessio, quod est maius, sion conceditur, quod est minus, per textum in *cap. Cui de non, de præbendis, in 6.* fallit tamen hoc in connexis connexione necessaria, argumento textus in *cap. Translato, de constitution.* & fallit in accessorijs separatis, si concessio sit favorabilis, l. Si quando, C. iure fisci. lib. 10. de materia vide *Dynam in d. regula cum plus,* & in *regula, in toto, & in regula, cui licet, de regul. iuris, in 6.* *Abb. in cap. Cums in cunctis, nu. 5. de electione,* & in *cap. Per venerabilem, nu. 6.* qui filij sint legitimi. *Iason. in l. Quæ delegato, nu. 4. ff. legatis, 1.* Et an prohibito, quod est minus censemur prohibitum, quod est maius? *Præposit.* hīc affirmativè resolvit, vide etiam *Iason. in l. Si quando, §. Generaliter, C. in officioso testam. Turrecremat.* hīc nu. 3. qui citat textum in *cap. Miramur, 24. q. 1. cap. Digesta, dist. 74.*

C A P. Clerici. IV.

S V M M A R I V M.

1 Peregrinis ratione peregrinationis multa conceduntur. & nu. 2.

3 Peregrinationes sunt licite, & religiosæ.

I N textu, ibi, Nisi peregrinationis. Nota secundum *Præposit. in cap. Peregrinas, in principio, 3. q. 6.* quod peregrinus dicitur ille, qui non est de provincia, vel secundum *Luc. de Pen. in l. Cum scimus, C. agricol. & censitis, lib. 10. verbo, peregrinari, fol. mihi 167.* quod dicitur ille, qui est aliunde hospes, vel cum *Bart. in l. Divus, nu. 10. ff. de incolis, lib. 10.* quod dicitur, qui non est in loco sui habitationis, vel qui extra patriam suam discedit, ut docet *Auth. ut differentes indices,*

ubi idem *Bart. num. 1.* Quid hī per civitates, quas transeunt non possint conveniri, vel causa repræsalarum capi, quando vadunt ad indulgentiam Romanam, vide cum *Bart. in l. Consensisse, §. Legatis, num. 3. ff. iudic. Abb. i. s. cap. fin. de foro compet. nu. 47.* Et quod non possint excommunicari, nec contra eos procedi, idem *Abb. in cap. fin. nu. 7. de cleric. peregrin.* Et quod possunt sepeliri in loco ubi decedunt: & quod non teneantur in Ecclesia cathedrali, idem *Abb. in cap. 1. nu. 4. de sepultur.* Et quod quilibet sacerdos in propria parochia possit licet illis ministrare Sacraenta confluentibus in suam parochiam, tenet idem *Abb. in cap. 1. de celebrat. missar.* & in *cap. Quod autem, nu. 7. de penitent.* tenet, quod visitantes loca sancta, & pia percipiunt indulgentias superioris alieni, si ad id habent licentiam à proprio superiore.

*Insuper Imol. in Clementin. 1. de statu monachor. resolvit, quod peregrini intrantes navem, vel tabernam, & non invenientes res suas, si dicant se eas ibi amisisse, quod stabitur eorum iuramento. Præposit. in hoc textu affirmit, quod in qualibet Ecclesia possunt accipere baptisma, per textū in *cap. Numeros, 10. q. 3.* & quod possunt mutare habitum, per textum in *cap. Episcopi, 21. q. 4.* Et quod possunt communicare excommunicatis in cibo, per textum in *cap. Quoniam multos, 11. q. 3.* Et quod illis licet intrare tabernam ad emendum ibi necessaria, non vero ad bibendum, & comedendum. De his videlicet aliqua notabilia cum *Luc. de Pen. in l. Quis quis, 4. C. omni ergo desert. lib. 10.* ubi inquit, quod officium peregrinorum, est nihil praeter negotium suum agere; nihil de alio inquirere, minimèque esse in aliena Republica curiosos; vide etiam *Bart. in Auth. de qualitat. dot. §. Illud quoq., in fin. & in Auth. ut omnes obed. iudic. nu. 9.* ubi de peregrinatione ait, quod facit homines mendicos, & pauperes, & quod peregrinatio eos deducit ad mortem.*

At non defuerunt heretici, qui affirmant, peregrinationes ad loca sanctorum inane esse. Sic *Vviclephistæ teste Thoma Vvaldens. tom. 3. tit. 15.* idolatria damnat illos, qui ad loca sancta peregrinabantur. Sic *impius Calvinus lib. 4. institutionum, cap. 12. §. 7.* peregrinationes votivas ad loca Sanctorum non solum inane, sed etiam plena manifesta impietate, dicit esse. Sic *Magdeburgenses tempore Constantini capisse volunt abusum peregrinationum, & statim refutatum fuisse à Gregorio Nycteno.* Sed contrarium tenendum est: sunt enim peregrinationes ad loca sancta pietatis, & religiosæ, ut rectè docet *Concil Trident. sess. 25. & ex Sanctis Patribus Euseb. lib. 9. cap. 9. Chrysostom. homil. 6. ad populum, Hieronym. epist. 17. ad Marcellam. August. epist. 137. ad clerum, & populi. Hypponens.*

Hipponeſ. Paulin. epift. 2. ad Severum. Beda lib. 5. Historia, cap. 7. & alijs latè comprobat Bellarmin. lib. 3. de cultu sanctorum, cap. 8. Vnde Niculaus I. ad Michaelem ſcribit, multa millia hominum ex omnibus terræ finibus confluere ſolita ad limina Apoftolorū, religionis cauſa visitanda.

C A P. Multis. V.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quod p̄lati non debent ſe occupare convivis.*
- 2 *Quod teſtes, ſine partis citatione non probant.*
- 3 *Quod ut valeat teſtimonium requiri- tur iuramentum. & nu. 4. & 5.*

IN textu, ibi, Solis te convivijs occupatum. Vide *Bertach. in tract. de episcopis, 1. p. lib. 4. §. de vita episcopi, nu. 10. & 1. p. lib. 2. tit. de cauſa ma- ter. episcop. nu. 74.* ubi, inquit, quod episcopus non debet invigilare convivijs per hunc tex- tum, quinimò nec consentire, quod in illis in- terveniant fabulæ otioſæ, nec cantilenæ; decā- tationes, nec plauſus, nec riſus fieri, nec iocu- latores, ubi nu. 9. dicit, quod ſi haec fiant de- bet à mensa recedere, *Abb. in cap. Cum decorum, nu. 1. de vit. & honest.* Eſt hac in re egregium factum *D. Auguſtini*, qui (ut auctor eſt *Surius in eius vita*) cum hospites convivio recreabat, *In mensa magis lectionem, vel diſputationem, quam epu- lationem potationemq; diligebat;* & ideo omnem con- viviam à ſuperfluis, & noxijs fabulis, & detractionibus abſtinere debere admonebat. Quapropter in emi- nientiori triclinij loco, & in omnium diſcum- bentium conſpectu, haec erant ſcripta carmi- na.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam retitam noverit eſſe ſibi.
Ab hoc epifcopo diſcant alij Ecclesiæ paſto- res inter convivia recte, & honeſte confabu- lati.

IN textu, ibi, Quæ audita non crederem. Hic notat *Præposit.* quod ad re- ceptionem teſtium neceſſaria eſt citatio, de quo vide *textum in cap. 2. de teſti- bus, l. Si quando, C. eodem tit. Ordinalio Lufitana lib. 3. tit. 1. §. 13. & tit. 47. §. 1.* De materia *Abb. in d. cap. 2. nu. 1. & 7. Annan. nu. 2. Decius nu. 17. Felin. nu. 3.* ubi per quinq; ampliationes, & 14. limitationes exornat prædictam regulam; *Maf- card. volum. 1. quæſt. 5. num. 36.* ubi latiſſime

etiam per multas ampliationes, & limitatio- nes: & an quando teſtis non citatus deponit, valeat eius dictum, vide *Felin. in d. cap. 2. nu. 23.* ubi diſtinguit quatuor caſus. Primus, quando teſtis non vocatus, proprio motu ſe offert. Se- cundus, quando pars ipſum producit non ci- tatum. Tertius, quando iudex ipſum citat ex officio. Quartus, quando non appetet, quis ex iſis caſibus intervenit, ſed ſimpliciter appetet teſtem depoſiſſe. In primō caſu reſolvit, quod prædictus teſtis debet repelliri tanquam ſuſpectus, niſi fuerit in materia evitandi pec- catum, quia tunc ipſi creditur. In ſecundō caſu, quod plenē probat teſtis. In tertio tenet, quod in caſibus, in quibus in civili poſteſt iudex ex officio ſupplere, valeat examinatio, nō verò, quando iudex in cauſa civili non poſteſt inquirere de facto, ex mero officio inquiren- do, poſteſt recipere teſtes: ſi verò proceſſus eſt accuſationis, tunc ſi teſtes non ſunt aperti, non poſteſt, ſed antea poſteſt. In quartō caſu, in dubio præſumitur, quod teſtis fuit rogaſus à parte, & eius dictum ſuſtinetur.

In textu, ibi, In teſtimonium. 3

Quod iuramentum in teſtimonio ferendo ſit neceſſarium, probat *textus in cap. Tuis, de teſtibus, cap. Nuper, eodem tit. l. Testium, l. Iuriscurandi, C. eodem. Abb. Anchar. & Felin. in d. cap. Tuis. Iason. in repetitione. l. Admonendi, nu. 219. ff. iurecurand. Covar. 2. variar. cap. 13. nu. 2. Mafcard. de probat. vol. 3. conclus. 1362.* ubi conſtruionem ampliat tribus modis, & limitat quatuor. Primo ampliat etiam in cauſis ſummarij. Secundo etiā caſu, quod mille teſtes deponant, quia etiam tunc non ſuppletur defectus iuramenti. Ter- tiō ampliat etiam ſi prius deponat, & poſtea iuret, tenetur enim prius iurare. Primo limitat, quando iudex proceſſit ſolum ad ſuam informationem. Secundō, quando teſtes exa- minantur ſuper notorio, & conſuetudine popu- li. Tertiō, quod facit aliquam probationem, quanvis non ſemiplenam, ita ut ſi ex parte unius, unus teſtis non iuratus ultra numerum adverſarij detur, illius teſtes proferendi ſunt. Quartō limitat, quando fides teſtis non iurati eſt à parte approbata, vel remiſſum iuramen- tum ab ea, in his enim caſibus valent depoſi- tiones ſine iuramento.

An, ſi prædictum iuramentum deferatur, non tactis evangelijs, ſed reliquijs Sanctorum, Cruce, vel ſuper animam ſuam valcat? Reſolve affirmativè cum *Felin. d. cap. Tuis, num. 5.* ubi citat *textum in cap. Presbyter, in vers. Evange- lio, 2. q. 5. in neto textu in cap. Qua de cauſa, ver- bo, Ante corpus Sancti rādem cauſa, & quæſt. teſtis in l. Generaliter, §. penult. C. rebus credit. & ibi Gloſſa 1. verbo, ſuper altari, cap. 1. de nova forma fidelitat. Vide Cened. ad Decretal. Collect. 1c8. n. 6.*

*Covar. cap. Quanvis pactum, p. I. §. I. nū. 1. Luc. de Pen. l. Si qua, 3. devendend. rebus civitat. lib. II. ubi latè, verbo, scripturas. Et an in dubio iuramentum præsumatur? Resolvē cum eodem Felin. citato loco, nū. 6. Quod præsumitur, nisi appareat per textū in l. fin. ff. publican. *Mascard. vol. 3. conclus. 1321. nū. 15.* de quo vide *Iason. in l. Admonendi, nū. 219. ff. iureiurand.* Et an prædictum iuramentum possit tolli à superiorē? *Iason. citato loco, nū. 225. Mascard. vol. I. quast. 5. nū. 81.* ubi alios refert.*

D Pari modo, potest dari iuramentum abspactu rei sacræ, cū nihil aliud sit iurare, quam Deum in testem vocare, & potest, quis abspactu illo tactu divinum implorare testimoniu, nempe verbo, vel solo consensu, ut probat *Glossa in Clement. I. §. Porro, verbo, tacto, de heretic. recepta ex Alciat. in rubrica de iureiurand. num. 29.* & à multis commendata, ut per *Covar. in cap. Quanvis, I. p. §. I. num. 2. verbo, hac sanè.* Nec obstat, si obijcias, dabiles esse, quam plures causas, quibus iuramentum abspactu tactu sacrorum non admittitur, quorum meminit *Glossa, supra citata.* Respondetur namq; iuramentum in illis casibus improbari quoad certos iuris effectus, sed nihilominus iuramentum etiam in illis casibus verum esse iuramentum. Ratio autem, quare in certis casibus exigatur tactus sacrorum, ea est, ut iuramentum cum maiori præstetur deliberatione, & reverentia: hæc namq; duo ad bene iurandum admodum conferunt. His adde, quod regulariter in casibus, quibus tactus sacrorum exigitur, excepti centur episcopi, *cap. Testimonium, §. Episcopus, II. q. I. cap. ult. de iurament. calumn. Covar. ubi proximè, num. 3.*

CAP. Convivia. VI.

S V M M A R I V M .

1 *Quod episcopi possunt interesse convivis, quando fiunt intentione charitatis impendenda.*

2 *Dictio, Ex, quid significet? & nū. 3.*

IN textu, ibi, Impendenda charitatis. Ea quæ in præcedenti tex- tu decisa sunt, quod episcopi non debent invigilare convivijs: limitantur hīc, scilicet, quod possunt se occupare in illis, quando fiunt intentione charitatis, sed tunc debent concurrere quatuor, ut talia dicantur convivia, ut textus docet in præsenti. De mensa episcopi vide multa cum *Stimul. pag.*

stor. cap. 12. de moribus pralatorum, ubi referuntur verba nostri textus, & quia ille episcopus ad quem Gregorius scripsérat, dixerat, gaudere se, quia redemptor nomen voracis audierat; ad hoc respondit Gregorius. Si de vobis recte, seu verè dicitur, quod de Domino falso dicebatur, absolvere vos non potest, par nomen, quorum dispar est causa: & quia etiam ille se excusabat, quod Abraham in convivio excepisset Angelos respondit: Neq; nos vos de convivio reprehendimus, si cognoverimus, vos Angelos in hospitium recepisse. Infelix illa hora infelix illa mensa, infausta illa bucilla, o episcope quando, quasi sedens ad letam mensam incipiat gaudere, & oblivisci dolorum suorum, & gravissimorum periculorum, atq; onerum suos humeros opprimentium. Quando eras in felice statu private vita, non experiebaris, quod erat illud, antequam comedam suspiro, modo oportet respire in gitter, & antequam comedas, & dum comedis, & postquam comederis, in his gemitis, ac tremoribus salus tua sita est, &c.

In textu, ibi, *Ex.* quæ dictio de sua significatione denotat causam proximam, & immediatam, estq; relativa præcedentium, *l. Ea tempore, in fin. ff. de peculio, & ibi Bart. l. Qui liberis, §. Hæc verba, & ibi Aretin. ff. de vulgari, l. fin. & ibi Glossa verbo, ex parte, ff. edendo, Ozascus decis. 80. nū. 51 Tiraquel. in tractat. cessant. causa, limitat. 20. nū. 29. Rebuff in l. unica, verbo, prout, 150. C. de sententijs. Medices in tract. de legibus. I. p. q. 17. num. 3. plures sequitur Cened. singular. 30. nū. 1. Tuscb. 2. tom. conclus. 276. nū. 4. & 5. Licet aliquando denotet etiam causam remotam, ut in l. I. & ibi notat Bart. nū. 1. ff. de incendio, ruina, naufragio, & in l. Certi conditio, & ibi Iason. nū. 15. ff. de rebus credit. & in l. Prætor ait, §. Quod de fructibus, & ibi Bart. num. 2. ff. de bon. authorit. indic. possit. alios refert Cened. nū. 2. Tuscb. nū. 16.*

Vnde statutum, quod maritus lucretur domum mortua uxore, si non extant filii ex eis, non impedit maritum lucrari, licet extenti nepotes, quia etiā nepotes in favorabilibus venient appellatione filiorum, secus est, quando filiorū qualitas non convenit nepotibus, prout dictio, ex eis, quæ denotat causam immedietam, non convenientem nepotibus, sed tantum filiis; *Bart. conf. 132.* licet in quæstiones, lib. I. Sic statutum disponens, quod pax non prospicit, si expunctione emanaverit sanguis, si quis cecidit in terram, & colliso lapide, fecit sibi vulnus, non dicitur ex percussione, sanguinem emanare, quia dictio, ex, denotat causam immedietam *Alexand. conf. 144. nū. 13. lib. 6. Tuscb. ubi proximè, nū. 9. & 10.*

CAP. Nullus. VII.

SUMMARY.

1 Quod celebrare exequias mortuorum bibendo, & comedendo in honeste prohibitum est.

IN textu, ibi, Inebriare ullatenus præsumat. Apud veteres antiquitus exequiae mortuorum, pia devotione celebabantur, post obitum ipsorum, tribus, vel septem triconta, aut quadraginta diebus; *textus in cap. Quia alij, 13. q. 2. sed cum in dijt. textu, non integrè, nec sine vitio legeretur eius verba, Covar. in cap. ult. nu. 1. de testam.* sic refert textum. *Quia alij, tertium diem, alij trigesimum, alij septimum, alij quadragesimum observare consueverunt, quid doceat lectio, consideremus.* Defuncto, inquit, Jacob præcepit Ioseph pueris suis sepulchoribus, ut sepelirent eum; & sepelierunt sepultores Israel, & completi sunt quadraginta dies: sic enim denuerabantur dies sepulturæ: & luxit eum Agyptus septuaginta diebus. In his igitur exequijs non prohibentur convivia, quæ intuitu pietatis fiunt, nisi in honesta, & lasciva, & in quibus clerici inebriari possunt; vide Covar. citato loco, nu. 2. & ea, quæ notavi supra in summa, nu. 2. dist. 4. & in cap. Non oportet, nu. 2. dist. 42. vide etiam Ioann. Garciam de expens. cap. 8. nu. 12. quem citat Cened. ad Decretum, collectan. 46. nu. 5. ubi agit de convivijs funeralium.

CAP. Qando. VIII.

SUMMARY.

1 Quod in Ecclesia non debent fieri convivia.

2 Quod inconvivij etiam præferentia observetur. & num 3.

IN textu. Collige non posse fieri convivia, & symposia confraternitatum, & popolorum in Ecclesijs; de hoc notavi supra cap. Non oportet, 4. nu. 2. dist. 42. Quibus adde ea, quæ Navarr. de oration. cap. 5. nu. 3. resolvens, quod ob multam pluviam, aut solis æstum, aut quando aliis

locus opportunus non invenitur, possunt fieri convivia in Ecclesia, & non erit peccatum.

In textu, ibi, Alter alteri honorem præbentes.

Lucas de Pen. in l. 1.

C. præposit. sacr. cubi-

cular. lib. 12. inquit, quod licet apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio approbetur, in creaturis tamen attenditur gradus, & ordo; & quemadmodum gradus sunt diversi, & distincti, ita minores maioribus debent reverentiam exhibere, & ita quando contingat, quod concurrent plures diversi gradus, & ordinis, necessarium est scire quinam præferendi sunt, iuxta ea, quæ Cassan. in cathal. glor. mundi, 4. part. consider. 2. Si igitur omnes, qui concurrunt sunt ecclesiastici, primum locum obtinet Summus Pontifex. Secundum Cardinalis Hostiens. Tertium, Patriarchæ scilicet, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolytanus. Quartum, Cardinales numerarij, sed Cardinales episcopi semper præferentur non episcopis, nisi sint super numerarij creati à Summo Pontifice ultra numerum 236. hi enim debent sedere in ultimè loco post omnes, numerarios, tales namq; sunt expectantes decentiam locorum, & Cardinales presbyteri semper præferendi sunt Cardinalibus non presbyteris, hoc est Diaconis: ea ratione, quia licet sint pares officio, sunt tamen maiores ordine. Quintum locum habent Primates, seu Patriarchæ alij ultra nominatos: hi namq; præcedent Archiepiscopos. Sextū Archiepiscopi, præcedent namq; episcopum in loco, ubi ambo habent administrationem. Septimum, episcopi, & præcedent omnes, & quoscunq; suæ diœcesis; & quando multi episcopi concurrent, debent in sessionibus, & subscriptionibus in Concilijs tenere illum ordinem, quem habent tempore ordinationis eorum. At episcopus Doctor præfertur episcopo non Doctori.

Tenent octavum locum Prothonotarij participantes, qui hodie sunt secretarij Sūmi Pontificis, & expedient Bullas Ecclesiarum, & monasteriorum. Nonum, Corrector litterarum Apostolicarum. Decimum locum obtinebit, & cæteris præferuntur quatuor Abbates Generales Sancti Benedicti Cluniacensis, Cisterciensis, Præmonstratensis, cum dicantur Reverendi Patres in Christo: alij vero Abbatæ, Reverendi Patres tantum. Undecimum locum habent Abbates regularis, & præferuntur cæteris clericis etiam conslitutis in dignitate sacerdaci inferiori ab episcopo, nisi canonicí collegialiter procedat, quia tunc cum repræsentent Ecclesiam Cathedralem, præferuntur Abbatibus. Decimum secundum, Præpositus, qui est loco Abbatis. Decimum tertium, Abbas,

Abbas, qui depositus dignitatem Abbatatus, non quando sua culpa fuit depositus. Decimum quartum locum habet Prior Ecclesie regularis, debet enim preferri eomodo, quo diximus de Abbatibus. Decimum quintum habet Decanus in Ecclesia Cathedrali. Decimum sextum omnes dignitates, & preferuntur canonici. Decimum septimum locum obtinent canonici, & preferuntur ceteris clericis, & quando dantur plures eiusdem dignitatis, & nominis preferuntur, qui in maiori loco habent dignitatem, & nomen, ut canonici Ecclesie Cathedralis canonici Ecclesie collegiae, & inter promotos æqualiter in uno loco, preferuntur, qui merito vita, nobilitate, aut scientia alios antecellunt: & ita canonicus Doctor preferitur alijs canonicis: & quando in ipso, eodemque loco multi habent eandem dignitatem, preferitur, qui à maiori recipit dignitatem, ut in canonico à Summo Pontifice, qui preferitur canonico ab inferiori creato. Decimum octavum locum obtinent officiales principales episcopi, & debent precedere alios sæculares clericos. Decimum nonum, clerici sæculares, precedere enim debet regulares, de quibus vide Cassan. dict. 4. part. per totam, ubi à considerat. 52. videri potest de preferentia unius religionis ad aliam, & considerat. 44. quod quando minor ordine, & maior administratione concurrat cum maiori ordine, debet ipsi maior i preferri in loco administrationis, & considerat. 45. quod existens in maiori dignitate, quam si locus ubi est, non precedet omnes de illo loco: unde episcopus existens in capitulo ut canonicus, non precedet capitulum, sed habebit secundum locum.

CAP. Quando. IX.

S V M M A R I V M .

- 1 Dicitio, sed, quid significet?
- 2 Dicitio, quasi, quam significationem habeat?
- 3 An possint clericib[us] bibendo trinam vi-
cem excedere?

IN textu post principium, ibi,
Sed. Quæ dictio est adversativa, & ad-
versatur precedentibus in iure, &
in facto, Glossa 1. in l. Sed et si lege, & ibi Bart.
nu. 1. Castrens. nu. 2. ff. petitione hereditatis, Glossa
in l. Patis. & filij, & ibi Alex. & Iason. nu. 6. de
vulgaris, Bart. in l. Qui quartam, num. 4. ff. legat. tu
& in l. Prioris, h. Sed et si unus, nu. 4. ff. de pratoru

sipulat. Boer. decis. 155. nn. 20. singular. 35. num. 1. Aliquando tamen ponitur cum copula, & de-
notat diversum ius, Iason. in l. Nam, postea quæm,
h. Sed et si quis, nu. 9. ff. de iure iurand. & in l. 2. nu.
11. ad finem, ff. ne quis eum qui, Cened. citatus.
Aliquando etiam non adversatur, ut in l. 2. in
principio, vers. Sed servius, ff. ad legem Rodiam
de iust. & in l. Qui se debere, ff. de condit. causa da-
ta, post alios Cened. ubi proximè, num. 3. cum
quod prosequere, & numeris sequentibus.

In textu, ibi, Quasi. Propria na-
ra huius di-
ctionis est denotare diminutionem; Glossa, in
verbo, quasi, de officio delegati. Felin. in cap. Gra-
tum, nu. 12. eodem tit. & ibi Decius, & Abb. nu. 9.
Bart. in l. Si ante nuptias, nu. 1. & ibi Iason. nu. 1.
ff. solut. matrim. idem Bart. in l. Hoc colore. num. 1.
& ibi Paul. nu. 4. ff. inefficiens. testament. Cened sin-
gular. 84. nn. 1. Tusch. tom. 2. conclus. 350. num. 3.
Veritatem quandoque significat, Felin. d. nu. 12.
Bart. & Iason. d. nu. 1. Boer. decis. 44. nu. 29. Me-
noch. casu 362. nu. 28. Cened. nu. 2. Tusch. nu. 5. & 6.
Et de varia natura huius dictio[n]is, vide omni-
do Felin. d. cap. 12. Alexand. conf. 15. nu. 10. vol. 1.
Cened. & Tusch. supra citatis locis.

In textu, ibi, Ultra tertiam;
vicem. Cum textus hic non loquatur de
materia gravi, nec preceptivè, non
obligat ad mortale, iuxta ea, quæ notat Abb. in
cap. Crispula, nu. 2. de vita, & honestat. clericorum,
ubi resolvit, quod clericus tria vice vini de-
bet esse contentus, idem quod intelligitur
quando appetitus naturalis ultra non exigit,
tradit post eundem Abb. Ghierr. lib. 2. canon. cap.
4. nu. 53. qui nosti i textus meminit. Sed pro-
hac sacerdotum sobrietate, & in bibendo mo-
deratione, illud tanquam evestigio adverte:
Deum prohibuisse Levit. 10. nu. 9. ne sacerdo-
tes tabernaculum ingressuri vinum biberent,
ut vel hoc precepto illorum temperantiam
significaret. Vinum, & omne quod inebriare potest
non bibeatis: ut habeatis scientiam discernendi inter san-
ctum, & profanum. Cuius legis, vini potum in-
terdicentis, eam rationem reddit Caietanus, illo
loco, ut in sacerdote ad suum officium exer-
cendum bona daretur dispositio.

CAP. Non oportet. X.

S V M M A R I V M .

- 1 Quid dicatur symbolum, & confessio,
que prohibentur in hoc textu.
- 2 Quod laici sunt subiecti canonibus in ma-
teria nutritiva peccati. C. n. 3. 4. & 5.

IN textu, ibi, Symbolis. Symbolum secundum *Proposit.* hic, & *Turrecrem.* nu. 1. dicitur, quod ex pluribus aggregatur, & dicitur à *sin*, quod est simul, & *bolum*, quod est morsellus, quasi singulorū bolus, scilicet quādo quilibet morsellū suum, idest partem suam ponit ad cōmunem comeſationē faciendā. Tu vide posita ad cap. 1. num. 2. supra. dist. 15. *Comeſalia*, secundum eosdem dicitur à comeſendo, vel à cōmittendo, quia plures ibi simul mittant. Et ita convivia, quæ hīc prohibētur, secundum *Proposit.* sunt illa, in quibus partem suam quilibet confert, sed in hac prohibitio-
ne, non intelliguntur illa, quæ peregrini simul eunt, vel scholares simul codēm hospitio cō-
niorantes faciunt, quæ enim ad quotidianū vi-
tēum fiunt, non prohibentur, ut tenet *Turre-
crem.* hīc in fine; de his convivijs, vide *Bertach.*
in tract. de episcop. 1. p. lib. 2. §. *De causa mater.* episcop. nu. 74. in fin. qui textus meminit.

In textu, ibi, Aut etiam Iaicos. Vide *Glossam magistralēm.* in regul. poſſessor. de regul. iuris, in 6. Abb. in cap. 1. nu. 5. de novi oper. nunt. *Felin.* in cap. In causis, nu. 1. in fin. de testib. *Aſſlīt.* decis. 263. nu. 2. & decis. 322. nu. 4. *Marant.* de ordin. iudic. 3. p. nu. 73. *Marth.* de iurisdic̄. 4. p. centur. 1. caſu 50. nu. 5. & caſu 156. nu. 1. *Speculat.* de disput. & allegat. §. *Porro,* num. 4. in fine, cum quibus affirmativē tene, quod laici in materia peccati subsunt legibus canoniciſ. Et an extra hunc casum etiam obligentur, & iudices ſeculareſ eas teneantur ſervare, & ſecundum eas iudicare? Et è conveſo, an ecclieſtici iudiceſ teneantur ſervare legeſ civileſ, ultrā DD. qui propter latitudinem de ma-
teria conuſe loquuntur, tu diſtingue duos caſuſ. Primus, quādo agitur de iudicio ſeculari. Secundus, quando agitur de iudicio ecclieſtico. In primō caſu, ſic firma regulam. Legeſ civileſ debent ſervari in foro ſeculari, & ſecundum eas iudiceſ laici tenentur iudicare, textus, in cap. Non ſine, de arbitri. cap. Cum eſſe, de testam. & quæ ibi notantur. Abb. poſt *Burr.* in cap. Cleri-
cis, de iudic. & alij, quos citat *Decius* in cap. Eccleſia Sancta Mariae, num. 28. de constit. Amplia hoc etiam procedere circa ordinem procedendi, tenentur etiam in hoc iudiceſ ſervare legeſ ci-
vileſ, ut per *Decium*, citato loco, nu. 42. *Iason.* in l. t. nu. 20. C. ſumma Trinit.

Limita primō, predictam regulam in ma-
teria concerneſte peccatum; tunc enim legeſ canoniceſ attendendaſ ſunt, & ſecundum eas iudicari debet, ex Doctorib⁹ proximē citatis, in principio. Limita ſecundō, quando de iure civili datur dubium, & ius canonicum tollit dubitationem, & ſuper ea diſponit *Glossa*, verbo, certis caſiſ, in cap. Per venerabilem, qui filii ſint

fut legitimi, & in cap. Licet ex ſucepto. de foro com-
petent. Abb. ibi, nu. 10. *Decian.* tract. crimin. lib. 2.
cap. 18. nu. 16. quos caſus dubios vide cum *Feli-
lin.* in d. cap. Eccleſia Sancta Maria, nu. 49. ubi in-
quit, quod quando datur caſus, qui non eſt de-
eius de iure civili, & inter Legiſtas ſunt opi-
nioneſ, ſlabitur iuri canonico decidenti in illis
caſib⁹ contra opiniones Legiſtarū. Abb. d. cap.
Eccleſia Sancta Maria, nu. 49. Limita tertio, pre-
dictam regulam, quando agitur de favore ani-
mæ, ſciliſt de relictis ad pias cauſas, *Bart.* in
l. t. lectur. 1. nu. 63. C. ſacros. Eccleſ. Alexand. in l.
Captatorias, nu. 3. & ibi *Iason.* nu. 12. C. de testam.
militar. *Anchar.* conf. 25. nu. 1. *Felin.* d. cap. Eccleſia
Sancta Maria, nu. 59. ubi de miserabilib⁹ per-
ſoniſ, & in cap. In caſiſ, nu. 1. de testib⁹, *Egydius*
in repetit. legis 1. C. ſacros. Eccleſ. 3. p. in initio, nu. 2.
& ſeqq. Limita quartō in hiſ, quæ dānum,
& libertatem Eccleſiæ concernunt, tales enim
legeſ ſunt invalidæ, & ſtandum eſt iuri cano-
nico, *Iason.* in l. Generaliter, §. Cum autem, nu. 2.
verſ. Item pro iſta, 2. opinione contra *Bald.* C. institut.
& ſubſtitut. Abb. in cap. 1. nu. 4. de novi oper. nunt.
& in cap. Nuper, nu. 2. de testib⁹. *Felin.* in cap. Super
eo, nu. 3. eodem tit. *Anchar.* conf. 13. & praecedentib⁹.
Decianus, citato loco, nu. 12. Et quæ legeſ dicā-
tur contra libertatem Eccleſiæ, vide cum *De-
cian.* in d. cap. Eccleſia Sancta Maria, num. 2. & 45.
& ibi Abb. nu. 32. & in cap. 1. nu. 4. de novi oper.
nunt. *Felin.* in d. cap. Eccleſia Sancta Maria, nu. 69.
Et an ſit contra libertatem, ſeu in dānum
Eccleſiæ, & non valeat ſtatutum, ſeu lex diſ-
ponens, quod clerici non habeant officia ſacu-
laria, vide *Cabal.* crimin. reſolut. caſu 64. nu. 10.

Limita quinto, quando ſumus in dubio, 4
tunc enim potius attendendum eſt ius canoni-
cum, quam civile. Abb. in d. cap. Eccleſia Sancta
Maria, num. 17. & in d. cap. 1. nu. 6. de novi oper.
nunt. *Decian.* citato loco, nu. 12. Et ita quando
inter Doctores opiniones ſunt diuerſæ, quod
Legiſtaſ ſequuntur unam, Canoniſtaſ aliam, ſe-
quenda eſt Canonistarum, ſi magis favet Ec-
cleſiæ. *Iason.* d. §. Cum autem, nu. 2. verſ. Et po-
teſt corroborare, quia in dubijs opinionib⁹. Limita
ſexto, quando per ius civile in aliquo caſu non
eſt proviſum, & proviſum eſt priuſ canonici-
cum. Abb. in d. cap. 1. nu. 6. *Cened.* ad Decret. col-
lectan. 70, nu. 4. Limita septimo, in caſa feu-
dali, in illa enim in ſubſidium ſlabitur iuri ca-
nonico, propter iuramentum, *Decius*, qui plu-
reſ refert, in d. cap. Eccleſia, nu. 31. Limita octa-
vō in terris, quæ ſunt de temporali iurisdictione
Eccleſiæ, in hiſ enim etiam ſervandum eſt
ius canonicum, *Dec.* ubi proxime, nu. 29. *Felin.*
in cap. In caſiſ, in 2. & in cap. Fraternitaſ, & in
cap. Testimonium, de testib⁹. *Alexand.* conf. 92. & conf.
167. in fin. vol. 4. Abb. in cap. Clericis, col. 1. de iu-
dic. & conf. 94. dubit. 4. vol. 2. quos citat *Decian.*
citato loco, nu. 25. Limita nono, in filijs ſpurij,
Ff quibus

quibus alimenta debentur, iuxta textum in cap. Cum heret. in fin. de eo, qui dixit matrimonium; talis namq; æquitas etiam debet servari in foro seculari, Dec. qui multos citat in d. cap. Ecclesia Sancte Mariae, nu. 30. vide Cened. ad Decretal. collectan. 2. nu. 1. ubi invenies, quando clerici ligantur statutis laicorum.

5 In secundū casu, quando agitur de ecclesiastico iudicio, constitue sic regulam. In foro ecclesiastico, cause decidendæ sunt, secundum ius canonicum. Abb. in d. cap. 1. nu. 7. & in d. cap. Ecclesia, nu. 14. & ibi Felin. nu. 43. Dec. in cap. 1. lector. 2. nu. 3. de constit. Marant. de ordine indic. 3. p. nu. 73. Marth. d. casu 50. nu. 2. Limita primò, præcedentem regulam, quando defuit ius canonicum, tunc enim ecclesiasticus iudex potius debet sequi ius civile, quam consuetudinem specialem locorum. *Glossa*, verbo, cum defuit, circa finem, in cap. Consuetudo, dist. 1. Abb. in d. cap. 1. nu. 3. de novi oper. nunt. Decian. citato loco, nu. 28. Limita secundò, quando ius canonum innititur rigori, & ius civile æquitati, tunc enim servabitur ius civile, & secundum illud iudices ecclesiastici iudicabunt, Archid. in cap. Quod à patribus, dist. 75. citatus à Decian. d. cap. 18. lib. 2. criminal. nu. 17. Limita tertio, ubi lex civilis est favorabilis, & æqua, & non est expressè reprobata à iure canonico. Felin. d. cap. Ecclesia Sancte Maria, nu. 53. & ibi Decius nu. 27. ubi resolvit, quæ sit lex favorabilis: sublimitatibus tamen hanc limitationem cum Decian. citato loco, nu. 18. circa medium, & nu. 19. & 20. Limita quartò, quando leges civiles sunt approbatæ à iure canonico, *Glossa* in cap. In primis, verbo, capitali, in fin. & ibi Präposit. nu. 30. 2. q. 1. Iason in l. 1. nu. 43. C. summa Trinit. quem vide, & Felin. in cap. 2. nu. 47. de rescript. Decian. ubi proxime, nu. 22. ubi inquit, quod leges approbatæ, & canonizatæ à iure canonico dicuntur illæ, quæ in canonibus, & constitutionibus Pontificiū sunt insectæ, non vero, quæ p. Gratianū in corpore Decreti sunt transcriptæ, vide tamen Felin. in d. cap. Ecclesia Sancte Maria. nu. 38.

CAP. Pro reverentia. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 An lectio Scripturæ sacrae, debeat legi in omni mensa, in qua sacerdotes comedunt? & an hoc sit de precepto?
- 2 An in actibus Vniversitatis, sit necessarium exprimere nomina singulorū, an sufficiat dicere hoc fecit Vniversitas?

In textu, ibi, Sacerdotali cōvivio. Turrec. hic inquit, quod text. intelligitur solū

de convivijs sacerdotalibus, ubi est collegium, non solū regulare, sed quodcūq; aliud clericoru; idem tenet Präposit. quāvis aliqui tenuerūt, quod textus hic solū loquebatur de regularibus. Quod textus non sit de precepto, colligitur ex verbis illius ibi pro reverentia Dei, & ibi immiscetur, iunctis quæ supra dixi in cap. Quando, verbo, ex eodē, hac dist. De hac lectione sacræ Scripturæ meminit Bertach. de episcop. 1. p. lib. 4. de vita episcop. nu. 1. & 1. p. lib. 2. §. de causis mater. episcop. nu. 74. post princip. de utilitate huius lectionis, inquit Matth. 4. nu. 4. relatus à Turrecrem. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. & Augustin. præcipiens in regula hoc idem, assignans rationem inquit, Nè sole fauoris sumant cibum, sed aures esuriant verbum Dei. Vide latè Paulum Fusich. de visitat. lib. 2. cap. 25. nu. 55. qui nostri textus meminit.

In textu, ibi, Vniversa Synodus.

Ego distinguerem hic duos casus. Primus in actu in quo ipsa Vniversitas, seu communitas constituit Syndicum, seu procuratorem. Secundus in ceteris alijs actibus. In primò casu, aut procurator constituitur ad vendēdas res ipsius cōmunitatis, aut ad alia negotia, non ita præiudicia. In primò membro resolve, quod debet exprimi nomina singulorū, p. textū in l. fin. C. vendit. rerum civitat. lib. 11. cap. 1. de his, quæ sunt à pralat. sine consens. capit. In secundò membro, non erit necessariū exprimere propria nonna singulorum, si Vniversitas, seu cōmunitas sit magna, argumento text. in cap. fin. de procurat. Si autem fuerint parva, debent exprimi nomina, p. textum in cap. Quanto, de his, quæ sunt à pralat. In secundò casu dicerem, quod non erit necessarium, quod nomina propria exprimantur, p. textum in cap. Licet, & ibi *Glossa*, verbo, cōmune, de probat. §. Nominatim, ubi Aretin. nu. 2. Inst. ex heredat. liberor. & quæ Abb. in cap. In Lateranensi, nu. 7. de probend. De materia vide Speculat. de Syndico, §. 1. nu. 16. Bart. in l. 1. nu. 5. de albo scribende Alex. conf. 1. nu. 6. vol. 4. Abb. in cap. Quanto, nu. 7. de his, quæ sunt à pralat. qui citat Baldum in l. 1. §. Magistris.

CAP. Non licet. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Non omne quod licet est honestum.
- 2 An peccent ecclesiastici, non benedictentes Mensam?
- 3 Hoc nomine lascorum, veniant illi, qui sunt astricti alicui religioni?
- 4 Post cibos gratias Deo referre debemus?

IN textu, ibi, Liceat. Notabis tamen, non omne quod licet, honestum esse, ut dicit *Iurisconsultus Paulus* in l. Non omne, 187. ff. de regulis iuris, de quo vide *Dec. in l. Semper, in coniunctionibus*, 158. num. 9. & 10. eodem tit.

2 In textu, ibi, Hymno dicto.

Vide *Navarr. de orat. & hor. canonic. cap. 18. nu. 42.* ubi tenet, quod quanvis aliqui dicant, teneri sacerdotes benedicere mensam sub reatu peccati mortalis, ut *Præposit. hīc nu. 2.* Nihilominus communis sententia, quam ipse sequitur, est quod non peccant, nisi venialiter tantum; quibus conducunt ea, quæ supra notavi in cap. *Quando, verbo, ex eodem, faciendo differentiam inter materiam levem, & gravem.*

3 In textu, ibi, Sed nec religiosos laicos.

Vide *Dominicum in cap. Ex eo, §. In Ecclesijs, nu. 1. de elect. lib. 6.* & ibi *Archid. nu. 4. Feder. de Sen. conf. 213. Ad ultimum quod dico, nu. 2. Abb. in cap. Causam, num. 2. & 5. de præscript. Præposit. hīc, in principio, & in cap. *Mulier, nu. 8. dist. 23.* Ex quibus collige regulariter nomine laicorum non venire illos, qui alicui religioni sunt astrixi.*

4 In textu, Post cibos gratias auctori Deo referre.

Vt multorum hominum edacitati, gulęq; inexplicabili salutaria frēna iniiciantur, consulto præcipit noster textus, ut cibos præcedat benedictio, & gratiarum actio subsequatur. De benedictione non nihil diximus numer. 2. ad illa verba textus, *Hymno dicto;* nunc aliquid de gratiarum actione prælibemus. Et quidem primò loco accedit locupletissimum, *Seneca, testimonium*, qui lib. 2. de beneficijs, cap. 17. & cap. 32. ita inquit. *Qui accepit beneficium, nondum consummavit officium suum, restat enim pars reddendi; sunt in lusu est aliquid, pilam scitè, ac diligenter excipere; non dicitur bonus lusor nisi qui aptè, & expeditè temerit, quam acceperat.* Elegans lane similitudo ex pilæ ludo deducta, in quo egregiè lusoris est acceptam pilam remittere, ac torquére. Qui ergo Deum rerum omnium auctorem agnoscit, à quo, tanquam à fonte ciborū omnium, quibus vescimur, affluentia dimanavit; erit sanè ingratitudinis nota longè inuredus, si post sumptas dapes, famemq; expletam, se Deo gratum non exhibeat. *Sebastianus Barradas lib. 3. sui Itinerarij, cap. 19. num. 7. ad finem.* Cum, inquit, cibos colligimus ex agris, vinum, oleum, frumentum, cumq; illos edimus: cum gratiarum actione, Deiq; laudibus, & adoratione colligendi sunt, & comedendi, ne largiori ingratissimus. Hinc fit ut olim Hebrei in maioribus Dei beneficijs se gratiore exhibuerint, idcoq; Yates Regius

David quosdam Psalms pro torcularibus, inscripsit, quoties enim populus ille sua torcularia vino redundantia aspiciebat, Psalmis, & Canticis Deum gratulabundus venerabatur. *Theophylact. Ioann. 5.* Tunc, inquit, torcularia sua implebant Israelite, & vuas premebant, & propterea agebant gratias, Psalmiq; utebantur. Facit pro hac sententia cap. *Reverentiamini, 16. quest. 1.* ubi dicitur, gratias Deo per omnibus exhibendas.

DISTINCTIO. XXXXV.

S V M M A R I V M.

- 1 *An in casibus, in quibus clerici possunt torqueri, possint torqueri per laicos?* & num. 2.
- 3 *An possint clerici verberari per laicos, de mandato sui superioris?* & nu. 4.
- 5 *An prælatus, vel alij de eius mandato facientes clericis violentiam, qui paratus erat corrigi, incurrat excommunicationem?*

IN summa, ibi, Vt percutiat.

Ad resolutionem huius questionis; sic statue conclusionem. Clerici possunt de iure torqueri si sunt de crimen diffamati, vel suspecti. Abb. in cap. *Cum in contemplatione, nu. 6. de regul. iuris. Felin. in cap. Universitatis. num. 2. de sentent. excommunicat.* & in cap. *Olim, num 2. vers. Terius casus, de rescript. Decius in cap. At si clerici, nu. 19. de iudic. Int. Clar. §. sive q. 54. nu. 24. Salzed. in praxi, cap. 128. nu. 1. & ibi Additio, littera A. Decian. vol. 3. respons. 63. num. 38. Ceval. commun. q. 619. nu. 2.* Ampliatur primò, hæc conclusio, ut non solum procedat in causa criminali, sed etiam in causa civili, habente delictum annexum. Abb. in cap. 1. nu. 6. de deposito, *Luc. de Pena in l. 1. C. numerar. lib. 12. vers. Quod si quis, in fine. Salzed. nu. 1. Baiard. in additionibus ad Iulium Clar. d. quest. 64. nu. 6.* Ampliatur secundò, ut procedat non solum in clericis in minoribus, sed etiam in presbytero. Abb. in d. cap. in contemplatione, num. 6. Salzed. d. nu. 1. Ampliatur tertio, ut procedat sine eo, quod degradatio præcedat ipsam torturam; id enim absurdum erat, ex ijs, quæ Salzed. ubi proxime, nu. 4. ubi contra *Alexand. Roman. Rosel.* & alios, hoc tenet.

Limitatur primò prædicta conclusio, ut non procedat ad hoc ut clericis puniantur, ita severè, & crudeliter, quemadmodū solet fieri

cum laicis. Abb. d. nu. 6. & Salzed. citato, nu. 6. & ibi Additio, littera D. ubi inquit, *Quod hoc non habet contradictem.* Limitatur secundò, ut non possint clerici torqueri per laicos etiam demādato sui superioris contra ea, quæ Ägydius Coninck. de Sacram. disp. 14. dub. 15. nu. 191. vers. Diffititas. Abb. in cap. VI fama, nu. 8. de sentent. excommunicat. Decius in cap. Dilectis, nu. 1. de appellat. Felin. in cap. Universitati, nu. 2. de sentent. excōmunicatio- ubi inquit, quod superior mandans excommunicatio- nem incurrit. Salzed. ubi proximè, num. 7. & ibi additio, quæ limitatio sublimitatur in clero assallino, & quando clericis non reperiuntur, qui clericos possint torquere, & sciant, tunc enim poterint laici eos torquere ex Navarr. cons. 42. de sentent. excommunicat. Aufrer. in repetit. Clement. I. de officio Ordin. regula 3. fallent. 2. & ex alijs, quos refert Salzed. citatus, Suar. de censur. disp. 22. sect. I. nu. 44. & ad hos terminos reducendus est Iul. Clar. d. q. 64. nu. 25. Limitatur tertio, nisi ipsi clericis habeant dignitatem aliquam, tunc enim non poterunt torqueri, ex ijs, quæ tradit citato loco Iul. Clar. nu. 17. Sublimita tamen hanc limitationem, ut torqueantur in criminibus exceptis, sine eo quod habeant dignitatem, seu prærogativam. Angel. in tractat. de malefic. tit. quod fama publica, num. 102. Gandin. tit. de questionib. & torment. num. 9. Vital. tit. ad legem Iuliam maiestat, nu. 3. Baiard. in addition. ad Iulium Claram, citato loco, num. 61. Decian. dict. tractat. criminal. lib. 7. cap. 37. nu. 3.

3 In Glossa, in vers. Non tamen per laicum. Supposito, quod clericus licet possit causa correctionis verberari, iuxta Glossā in presenti, textus in cap. Cū beatus, t. hac eādem dist. cap. I. de calumniatoribus, Abb. in cap. Universitati, nu. 4. de sentent. excommunicat. & ibi Felin. nu. 4. & I. in fine. Resolve, quod ultra id quod episcopus non potest proprijs manibus verberare clericum etiam causa correctionis, Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 18. nu. 3. Suar. de censur. disp. 22. nu. 35. & sect. I. nu. 42. nec etiam dare licentiam, ut laicus eum possit verberare, nisi sit traditus curia sacerdotali. Präposit. hic nu. 1. Abb. in cap. Ut fama, nu. fin. de sentent. excommunicat. & ibi Felin. idem Abb. in d. cap. Universitati, num. 2. quinimodo in hoc casu tam laicus, quam superior mandans sunt excommunicati, ut per Abb. d. nu. 2. & vide quæ infra cap. Epistopū, hoc dist. & in cap. Neminem, nu. 3. Ägyd. Coninck. de Sacram. disp. 14. dub. 15. nu. 190. vers. Tertiò prælatus; & tenentur recipere absolutionem à Summo Pontifice. Felin. in d. cap. Universitati, nu. 3. ubi inquit, quod prælatus, si immoderatè castigat subditos, ita ut ex eo sequatur mors, quod non evitat pœnam irregulatatis, citatis Butrium, Abb. Ioan. Andr. Anchæ. & Dominic. hoc tenentes. Imo episcopus, vel

alius prælatus, qui simul cum ecclesiastica po- testate, habet etiam laicam, non potest per se iubere occidere aliquem vel mutilare, cap. ult. ne clerici, vel monachi, in 6. eleganter Navarr. in cap. Novit, notabil. 6. nu. 25. & 26. qui nostri tex- tus meminit.

An autem familia armata regum, & potesta- tum, de mandato superioris possit capere cle- ricum, sine eo quod incurrit excommunicatio- nem? Resolve cum Suar. d. disp. 22. sect. I. nu. 43. in fine, affirmativè, & cum Abb. in d. cap. VI fa- ma, nu. 5. & ibi Felin. nu. 1. vers. penult. duobus, vel tribus requisitis concurrentibus. Primum, quod clericus sit subditus prælati mādatis. Se- cundū, quod ad ipsum mandantem pertineat correctio. Tertium, quod offendio facta in cle- ricū sit iusta, ut Felin. d. nu. 1. ubi tangit qual- tationem. An si in hoc casu unus ex familia cle- ricum interficiat, evitet pœnam excommunicatio- nis? Refert Bald. Anan. & Abb. dicentes, quod non, sed ipse dubitat, quia inquit, non videtur illi data tanta potestas, & ego illi assentior. An quādo familia Principis non habet mandatum su- perioris, possit clericum capere in flagranti de- licto, & in casu, quo est suspectus de fuga? Vi- de Präposit. in cap. Si quis diaconus, nu. 5. dist. 50. Abb. in d. cap. Ut fama, nu. 6. & in cap. Cum non ab homine, nu. 14. & seqq. de iud. & ibi Felin. nu. 1. Marth. de iurisdict. 4. part. casu 42. per totum, ubi tenet nullo modo posse capi per ministros lai- cos, quinimodo si id faciant, incurrire excommunicacionem Bullæ Cænæ: vide etiam Souzam in Bullæ Cænæ, cap. 16. disp. 82. num. 8. & cap. 20. disp. 97. num. 3. Contraria tamen opinio mihi videtur verior ex ijs, quæ Salzed. in praxi, cap. 125. nu. 3. & ibi Additio littera B. & C. Ceval. iō- mun. q. 267. nu. 6. Iul. Clar. q. 28. nu. 6. & vide etiam ea, quæ notavi in summa, dist. 41. Verbo, habitu. Ägyd. Coninck. de Sacram. disp. 14. dub. 15. nu. 191. & quod clericus non possit detin- ri per laicos in carcere, etiam in hoc casu sine licentia superioris, Decian in tract. crimin. lib. 6. cap. 19. nu. 8. Licet enim tunc non dicitur in- ferri manus violentas clericis, dicitur tamen inferri temerarias, & inferens, seu detinens, punitur de sacrilegio, vide etiam Dominic. in cap. Si clericos, nu. 4. vers. Nota quod exiniectione. Suar. de censur. disp. 22. sect. I. nu. 4. ubi. temer- riam persecutionem nominat violentam. eudiup. amuit

In Glossa, verbo, Item distin- guedo, ibi, Quæ corrigendæ sunt.

Præposit. hic nu. 3. cum Arch. querit. An si præ- latus, vel alius de eius mandato capiat clericū violentiam inferendo, qui erat paratus corri- gi, & volebat obedire incurrit excommunicacio- nem? Tu in proposito, tres casus distingue. Primum, quando clericus est incorrigibilis, &

talenti esse constat. Secundum, quando est corrigibilis, & paratus est corrigitur, & obediens. Tertium, quando est dubium, an sit paratus obediens, vel non. In primo casu non est dubium, quod possit capi demandatio superioris, etiam illi inferendo manus violentas, sine eo quod excommunicacionem ineufrat, qui illum capit, Abb. cap. Ut fame, nu. 1. de sententia excommunicata. & ibi Felin. in principio idem Felin. in cap. Cum non ab homine, nu. 2. de iudicio. Dominic. in cap. Si Clericos, nu. 5. vers. Et ille distinxit, de sententia excommunicata. it. 6. In secundo casu, non potest capi, nec ei potest fieri violentia, alias incurrit excommunicatio. Dominic. citato loco, & ibi Arch. nu. 1. Felin in d. cap. Cum non ab homine, nu. 2. & ibi additio. In tertio casu, distinguendum est etiam, praetato, vel iudicii constat de delicto, vel non constat; si constat etiam per presumptiones, potest clericus capi, & ei fieri violentia. Preposit. hic nu. 3. prope fin. Dominic. d. cap. Si clericos, nu. 5. Felin. d. cap. Cum non ab homine, nu. 2. ubi citat textum in cap. 1. de deposito. textus in cap. Super eo, de crimen falso. Clement. 1. de heret. quos etiam citat Dominic. faciunt etiam, que Abb. in cap. Super his, nu. 1. de penit. si vero iustici non constat, vel praetato, nec per probationes, nec per presumptiones, tunc non potest capi clericus, & si ei violentia inferatur, incurrit excommunicatio, Dominic. citato loco, & Preposit. hic nu. 3. ad med. Suar. de censur. disp. 22. sect. 1. nu. 41. ubi aliqua vide, que hanc questionem satis dilucidant.

CAP. Quid autem. I.

S V M M A R I P M.

Quomodo se debeat habere praelatus circa correctionem subditorum. & n. 2.

3 An possit aliquis cogi ad fidem?

IN textu, ibi, Qui verberibus timeri volunt. Advertendum est, quod correctio est duplex, una fraterna, que est actus charitatis, & ordinatur specialiter ad emendationem fratris delinquentis, per simplicem admonitionem, ad quam omnes ex charitate tenentur, iuxta textum in cap. Si peccaverit, 2. q. 1. & ibi Preposit. nu. 13. & 14. non tamen tenentur ex necessitate, nisi ut ad alia opera pia, vide Cassan. conf. l. nu. 14. §. Ad secundum. D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 1. & seqq. Abb. in cap. Novit, nu. 32. & seqq. de iudicis, & que Molin. de iustit. tom. 6. tract. 4. disp. 1. nu. 1. Navarr. in Mammal. cap. 24. nu. 12. & de hac correctione, vide que notavi in tractas. de confessar. sollicitant. cap. 18. per totum, de qua

non loquitur textus noster. Altera est correctio judicialis, que est actus iustitiae, per quam intenditur bonum commune, quod non solum procuratur per admonitionem fratris, sed etiam per punitionem, ut alii a peccato timentes desistant, de qua loquitur noster textus, & Preposit. hic nu. 1. Turrecremat. 2. qui dicunt praelatos debere circa correctionem esse benevolos, per textum in cap. Licit, hac eadem dist. in iudicio iustos, cap. Iudicat. 3. q. 7. in animadversione misericordes, cap. Disciplina, 1. hac dist. & non debent deservire, nisi ex causa, adversus illos, quos putant malos, 1. Observandum, ss. officio praefidis: si enim corrigibiles sunt, valet multum, quod sint misericordes; si vero incorrigibiles, severi, cap. Quarto, 2. q. 7. cap. 1. de postulat. pral.

Vnde Socin. in tractat. de visitat. nu. 29. inquit, quod correctio debet fieri semper cum misericordia, & in cap. Ad audienciam. nu. 1. de homicidio, quod debet esse lenis, & moderata, & stimul. Pastor. in concione de officio pastorali, §. 9. sol. mihi 38. vers. Inquit, ex D. Ambrofio, seu Chrysostomo, loquens de hac correctione. Iustitia sine misericordia, non est iustitia, sed crudelitas: misericordia vero sine iustitia, non est misericordia, sed fatigas: alterum ergo alterum miscendum est, & faciendum quoddam ex viroq. temperamentum, & ut iustitia sit clemens, & misericordia non remissa. Que in vide ubi plura ad propositum, vide etiam, que infra notavi in cap. Licit, 6. & in cap. Omnis, 10. & in cap. Sunt namq. 14. Et an a correctione, si excedatur modus possit appellari? Abb. in cap. Ad nostram, in principio, de appellat. & latius Decius, ibi, nu. 1. & quando modus exceditur, an castigans teneatur, tamen dolosus? Alexand. conf. 45. num. 3. & 4. vol. 3. vide etiam Azor. institut. moral. 2. part. lib. 12. cap. 15. ubi an preceptum correctionis obliget omnes, & cum vita periculo: & an possit differri?

In Glossa, verbo, Fidem. duas statue

in proposito conclusiones. Prima, Gentiles, & Iudei, qui nunquam fidem suscepserunt, non possunt cogi ad fidem, Preposit. & Turrecremat, & in cap. de Iudeis, in principio, infra eodem, ubi, nu. 1. ad med. inquit Turrecremat. ex D. August. Quod omnia potest homo volens, credere autem non nisi volens, & ex Raymund. Quod Iudei debent potius adduci ad fidem auctoritatibus, rationibus, & blandimentis, quam asperitatibus compelli. Alb. in cap. Quod super, nu. 15. de robo, & in cap. Sicut, nu. 3. de Iudeis, & in cap. Quidam, nu. 1. de apostatis, & in cap. Maiores. §. Item queritur, nu. 3. de baptismo. Sol. in 4. dist. 5. q. unica, art. 10. vers. Tertia conclusio, late D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. lege late Suar. de hac questione, tract. de fide, disp. 18. sect. 4. & 5. Secunda conclusio est, quod infideles, qui quaedam suscepserunt fidem, et eam professi sunt, sive

hæretici, & apostata, tales corporaliter sunt cogendi, ut impleant, quod promiserunt. Textus in cap. Schismatis, & in cap. Iam verò, 23. quæst. 6. Turrecremat. in præsentis, nu. 2. in fine, & Præposit. nu. 1. idem Turrecremat. in d. cap. de Iudicis, infra, hac eadem dist. nu. 1. & ibi Præposit. D. Thom. ubi proximè, in responso ad secundum, & an quando infidelibus fides sufficienter est proposita, tenentur sub præcepto credere? Vide Sanch. in Summa, lib. 2. cap. 1. nu. 2. & 5.

C A P. Neminem. II.

S V M M A R I V M.

1 Quando celebratum fuit Romanum Concilium?

2 Quis dicatur incorrigibilis.

3 An incorrigibilitas sit causa propter quam clerici possint verberari?

4 Quod privatio de qua in hoc textu, non est vera excommunicatio.

I N superscriptione textus, ibi, In Concilio Romano.

Conciliū Romanū de quo in præsenti, congregatum fuit tempore Sylvestri Papæ, qui Ecclesiam gubernavit temporibus Constantini, anno Domini 315. de quo Carranza in summa, fol. mihi 27. In hoc Concilio 275. episcopi intervinerunt, in eodem damnatus fuit Calixtus, Arrius, Photinus, & Sabellius, & aliqui canones ordinati sunt, de quibus Carranza d. loco, fol. mihi 31. vers. Hoc Concilium, subscripsere 284. episcopi, & 45. diaconi, & Constantinus Augustus, & eius mater Helena, fusé Baron. tom. 3. anno Christi 315. §. Ex his autem, sed meo iudicio fallitur Carranza; nam Concilium Romanum in quo Calixtus, & alij fuerunt damnati, fuit collectum tertio Kalendas Ianuarij, Crispo, & Constantino consulibus, anno Christi 324. ut colligitur ex eodem Baron. tom. 3. anno Christi 324. §. Hoc eodem anno, & seqq. quem latè videbis.

2 In textu, ibi, Sed si ita causa exigit. Incorrigibilis, duobus modis summi potest, propriè, & impropiè, iuxta ea, quæ notavi in tractat. de confessar. sollicit. cap. 24. nu. 28. Incorrigibilis propriè dicitur ille, qui non tantum semel, sed sepius monitus legitime, adhuc criminis adhæret, & Ecclesiæ penas ita contemnit, & adeò obduratus est corde, ut nulla spes sit correctionis. Decimus in

cap. Cum non ab homine, num. 17. in fin. de iudic. Covar. pract. cap. 230num. 2. Clarus in §. fin. q. 36. nu. 34. vide tamen Felic. in d. cap. Cum non ab homine, nu. 12. in fin. Impropiè, & largo modo incorrigibilis dicitur, qui in criminis perseverat, & ter monitus haec desistit, & qui pœnitentiam sibi iniunctam non facit, Decimus dist. nu. 17. dicitur etiam impropiè incorrigibilis, qui propter delictū habens annexam pœnam mortis bis remissus fuit à Curia ecclesiastica ad sæcularem, & se non emendavit Iulius Clas. proximè citatus. Est etiam incorrigibilis hoc modo, ille qui semel legitimè admonitus verbis, se non emendat. Abb. & Anton. in dict. cap. Cum non ab homine, & vide quos refero in annotat. ad cap. 14. nu. 28. in tractat. de confess. sol. De hac igitur incorrigibilitate agit noster textus.

In summa huius distinctionis supponimus posse clericos verberari, non tamen per laicū, ubi vide quæ notavi, & vide Glossum in cap. Cum voluntate, verbo, de familia, de sentent. excommunicat. ubi ponuntur sex casus, quibus causa correctionis, licet clericos verberare, & percutere, quin incurrit excommunicatio. Adde etiam nunc cum Præposit. hic nu. 2. & 3. & cum Turrecremat. num. 1. quod propter delicta possunt verberari clerici, si incorrigibiles sint, quibus adiunge Suar. de censur. tom. 5. disp. 22. sect. 1. nu. 41. ubi concludit, quod ad verberandum clericum debent concurrere certæ circumstantiae necessariæ naturali, vel positivo iure. Prima, quod superior talem actionem exerceat circa suum subditum. Secunda, ut subsit causa proportionata, quia sine illa non habet locum ratio correctionis, aut vindicativæ iustitiae. Tertia, quod talis castigatio, vel punitio fiat servato debito ordine iuris, aliâs non evitabitur censura, quod etiam sentit Præposit. d. nu. 3. ubi inquit, quod superior non potest verbare clericum ex malitia, vel odio, quod habet contra eum, vel ut timesatur. Et si prædictæ circumstantiae non serventur, quas pœnas incurrit dictus superior, vide infra cap. Episcopum, 7.

In textu, ibi, Triduo privetur. Turrecremat. hic nu. 1. in finalibus verbis, tenet, quod pœna hic imposita clericis suspensionis à communione fratrum per tres dies, est excommunicatio, & idem sentit Præposit. num. 2. in fine. Resolvit tamen cum Suar. de censur. disput. 24. sect. 1. nu. 5. quod pœna de qua in hoc textu, & in cap. Placuit, dist. 18. & in cap. 1. dist. 34. & cap. Episcopii, 1. q. 3. non esse propriè censuram, nam in illis solum datur separatio à consilio fratrum, non ab usu sacramentorum, & pretribitur terminus trium dierum, ac excommunicatione non habet diffinitum tempus, quem vide ibi nu. 7. & seqq. sup. ab minori regi pœnitate, infra cap. CAP.

CAP. Qui syncera. III.

S V M M A R I V M.

An filij infidelium debeant baptizari invitatis parentibus? & num. 2. & 3.

4 An infideles possint muneribus ad fidem invitari?

5 An Iudei tolerandi sint in suis ritibus, & festivitatibus?

6 Quae sunt festivitates, & ritus Iudeorum? & num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.

14 An per ea, que quis in suis libris scribit, convincatur de eo, quod in eis reperitur? & n. 15. & 16.

IN textu, ibi, Extraneos christiana religione. Vide infra quæ notavi in cap. de Iudeis, verbo, ergo non vi, & ultra ea in proposito sequentes firma conclusiones. Prima sit, adulti infideles, non possunt invitati compelli ad baptismum, Durand. in 4. dist. 4. q. 6. num. 8. Sotus in 4. dist. 5. q. vñica artic. 10. vers. hac autem questio. Proposit. hic num. 1. Secunda conclusio sit, parvuli in fidelium, non possunt cogi ad baptismum: cum enim iure divino prohibeamur tollere re proximi clam, vel per violentiam contra eius voluntatem, non licet christianis res, & bona infidelium, & multo minus filios, ad quemcunque usum, seu factum, illorum auferre, Durand. ubi proxime num 9. idem sentit Proposit. hic per totum numer. 1. quanvis non ita clare loquatur, D. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 12. quem sequuntur omnes ibidem, alios refert Suar. tom. 1. de sacram. disp. 25. sect. 3. vers. nihilominus, qui nostri textus meminit. Intellige tamen eo modo quo Sot. citato loco prope fin. Contra hanc autem sententiam non desunt argumenta, ut scilicet si ipsi filii in fidelium longe distent à parentibus, ita ut nulla sit spes, nec obligatio restituendi filios, vel quia tam longe distant, ut moraliter non possint restitui, cum tunc patris arbitrio non regantur, possunt ab Ecclesia baptisari, vide quæ notavi infra in c. de Iudeis, verbo, ergo non vi. Eleganter Sharius d. sect. 3. vers. secundo insertur, Vasquez. de baptismo disput. 155. capit. 3. num 39.

Tertia conclusio. Filii infidelium, qui cum fidelibus conversantur, & cùmorantur in ea-

dem terra, non ut servi, sed ut mercatores, vel subditi, non possunt invitatis parentibus baptisari, quia nec ulla potestas publica, nec privata persona potest eis licite, eorum bona auferre, & multo minus filios, qui sunt patribus chariores, Durand. ubi proxime numer. 10. Vasquez. tom. 2. de sacrament. baptismi disp. 155. cap. 2. Suar. ubi proxime, & sect. 4. vers. dico ergo. Quod limitabis nisi parvulus sit in extremitate mortis pericolo, tunc enim baptizari poterit, praesertim lecretò, & occultè, quia iam videtur parentis moraliter amisisse ius in filiu, quia quod parvum distat, nihil distare videtur, post alios docet Suar. d. sect. 3. vers. ex his autem, Vasq. disp. 155. cap. 3. num. 22. & cap. 4. num. 49. & sequentibus.

Quarta Cōclus. Si infideles sunt servi Principiis christiani, vel alterius particularis, tunc eius filii licite possunt baptisari invitatis parentibus. Durand. citat. loco nu. 11. vide etiā Glossam in cap. iudeorum 28. q. 1. & Abb. in cap. Quidam nu. 1. de apostat. & in cap. Sicut nu. 1. de Iudeis. Vide etiam de materia Turrecrem. in cap. De Iudeis num. 4. infra hac dist. & Afflīct. decis. 151. & ibi additio, latē Suar. d. sect. 4. vers. dico secundò. Vasquez. d. disp. 155. cap. 4. num. 46. Et quod domini teneantur sua mancipia baptizare, & christiane educare. Egid. Coninck. quæst. 68. num. 87. optimè Suar. d. disp. 25. sect. 6.

Quinta. conclusio. Cum dicuntur filios in fidelium, invitatis parentibus, non posse baptisari, ita intelligendum est, ut cōsensus alterius parentis, etiam matris sufficiat, ut colligatur ex c. 2. de convers. in fidel. & ex cap. iudeo 28. q. 1. ubi dicitur, filios natos tam ex patre fidei, & matre infidei, imitari debere in Religione parentem fidelium, atque ita posse baptisari, tradunt latē Vasq. de baptismo d. disp. 155. cap. 3. num. 33. Suar. tom. 1. de sacrament. disp. 25. sect. 3. vers. duo super sunt. Idem merito affirmans etiam si neuter parentis fidelis sit, unus tamen permittat filium baptizari. Ultima conclusio. Si quis invitatis parentibus infidelibus contra ius, eorum filios baptiseret, huiusmodi baptismus verus, & ratus est, ut tenet Anton. 3. p. tit. 14. cap. 13. §. 9 & p. 2. tit. 12. cap. 2. ad finem, Sylvest. verbo, baptismus, 4. q. 7. Caiet. 2. 2. q. 10. art. 12. §. ad cuius evidentiam, latissimè Vasq. d. disp. 155. cap. 6. n. 64. & sequentibus, quidquid Durand. in 4. dist. 6. q. 7. & ibi Paludan. dist. 4. num. 28. & 29. Marsil. quæst. 4. artic. 4. dub. 3. contradicant.

In textu, ibi, Blandimentis.
Quid si invitentur muneribus, cōmittetur nē simonia? Resolve negativè, quia scilicet possunt ad fidem, & baptismum muneribus invitari, proprie. hic num. 3. & in cap. quam pio, 1. q. 2. num. 1. Abb. in cap. cum in Ecclesia, num. 7. de simonia. Molin. lib. 1. de iust. & iniuste. tract. 2. disp. 93. n. 5. vers.

Ex eadē, Lessius de ius lib. 2. c. 35. dicitur. Adde pos-
sita ad cap. de iudeis n. 2 infra hac eadem distin-

5 In textu, ibi, celebrandique li-
centiam. Duo casus in proposito distin-
guendi sunt. Primiū de Iudeis.
Secundus de alijs infidelibus, apostatis, & ca-
teris; In primo casu ritus, solemnitates, & fes-
tivitatis Iudeorum tolerari possunt a Christi-
tianis, & fidelibus, textus hic ubi Proposit. num. 5.
Turrec. 1. textus in cap. Sicut Iudei, ubi Abb. num. 1. de
Iudeis. Albertin. in rubrica de heret. lib. 6. q. 3. num. 4.
Cum enim in suis ritibus olim præfigurare-
tur veritas fidei, quam tenemus; ex inde nobis
resultat magnum bonum, quod testimonium
fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in
figura nobis representatur, quod credimus, de
facto ipsi hodie tolerantur Romæ, Pisis, Vene-
tijs, & alijs Christianorum Principum civita-
tibus, ubi, & ritus suos exercent, & festivitatis
observant. In secundū casu, nullo modo de-
bent tolerari, nisi id sic ad evitandum aliquod
malum, scilicet scādalum, vel dissidium, quod
ex contrario provenire posset, Proposit. & Turre-
crem. prædict. locis. cessant enim prædicto mo-
do cum nihil utilitatis afferunt eius situs, &
solemnitates, non debent tolerari, mala enim,
seu peccata tolerantur, vel propter aliquod
bonum, quod ex illis provenit, vel propter ali-
quod malum, quod evitatur, quod non da-
tur in prædictis ritibus infideliū, & alio-
rum.

6 In textu, ibi, Festivitatum sua-
rūm solemnia. Supponendo, quod ritus
significat festivitatem, seu solemnitatem iuxta ea, quæ Albertin. de ag-
noscend. q. 25. num. 5. & ita quod idem sit festivitas,
quod ritus hic. Resolve, quod Iudei habe-
bant octo festivitatis legales, vtrā alias, quæ
ab eis inventæ fuerunt, quas observabant. Pri-
ma erat celebratio, usualis sive dierum sabbathi,
quæ post septem dies venit. & in hoc precepit
illis Deus, quod nullum opus servile facerent,
& quod per diem sabbathi non succenderent
ignem in habitaculis eorum. Exod. 35. num. 3.
Item nō poterant colligere ligna in sabbatho,
nec preparare cibaria ad comedendum. Levit.
cap. 23. nu. 7. nec ambulare ultrā mille passus.
Lege Patres ad cap. 24. Matth. num. 20. & ad cap.
5. Actor. Apostolorum, num. 2. ubi optimè Lorinus.
Agunt præterea de Sabbatho eruditæ Tolet. in cap.
5. Ioan. annotat. 7. Ribera lib. 1. de templo cap. 1. C
usa observationis huius sunt triplex. Prima ut
esset in memoriam creationis mundi. Secunda
quia Deus liberavit illa die Iudeos a servitute
Ægyptiorum. Tertia ut sabbathum esset signum
futuorum: hæc festivitas celebrior erat omni-
bus alijs festivitatibus, quoad cessationem ab

operibus: nam prima, & ultima die solemnita-
tis Paschalis, quæ erat 15. & 21. Lunæ primi
mensis licebat coquere cibos, & alia huiusmo-
di facere, quod nō licebat in sabbatho facere.
Offerebantur in sabbatho, ultra iuge sacrifici-
cium, quod quotidie offerebatur, duq. agni im-
maculati cum libamētis suis in holocaustum:
Numer. cap. 28. nu. 9. & hoc sabbathum incipi-
bet a vespere post diem veneris, usque ad ma-
ne diei Dominicæ, & sic habebat duas noctes,
unam præcedentem, alteram subsequentem.

Secunda festivitas Iudeorum erat, quæ Ne-
menia dicebatur, est enim innovatio, seu novi
lunium lunæ, & ideo Iudei Neomeniam vo-
cant diem lunæ novæ: illa die offerebant duos
vitulos, arictē unum, agnos anniculós septem
eum libamentis suis, Numer. 29. num. 12. & haec
festivitas tubis, & buccinis prænunciabatur,
& populus clangore buccino ad festum Neo-
menicum vocabatur, constat. ex cap. 10. Numer.
nu. 10. & Psel. 80. num. 4. Causa huius solemnita-
tis fuit, ut Deo gratiæ ageretur divinæ suæ gu-
bernationis, quæ ideo fiebat in novilunio, quia
mutatio in ipsis inferioribus magis apparet, se-
cundum innovationem lunæ, quam in alijs
temporibus communiter. Nam hæc inferiora
præcipue variantur secundum motum lunæ,
non in eius plenitudine ad evitandum idolo-
latram cultum qui in tali tempore lunæ sa-
crificabant. Alias causas leges apud Cornelius
ad cap. 28. Num. n. 11. quæ vide. Per Neomeniam,
quæ est intentio novæ lunæ significatur illu-
minatio primitiæ Ecclesiæ per Christum eo
prædicante, & miracula faciente.

Tertia festivitas erat Phæse, sive Paschæ, quæ
interpretatur transitus, & dicitur nox illa, qua
immolabatur agnus paschalæ, quæ est decima
quarta luna præmii mensis, ad vesperam, &
in die sequenti inchoabatur festum azimoru-
m. quod protelabatur septem diebus, quæ
rum prima, & ultima solemniores erant &
immunes ab omni opere servili, Exod. 12. n. 16.
post primam dierum azimorum, scilicet de-
cima sexta luna, & secunda illius festivitatis,
tollebant spicas recentes, et torrebat igne, &
grana manibus confricata offerebant Domi-
no assarium unum, cuius pugillum unū adole-
bat sacerdos super altare; Levit. 23. num. 10. de
hac festivitate sermo est Exod. 12. 4. n. 1. Num.
cap. 9. num. 10. & Numer. cap. 28. num. 16. & Levit. 6.
23. & num. 10. Et hæc advertendum quod Iudei
non attendunt annum solarem, sicut nos, qui
constat 365. diebus, et hæc annus lunaris est
maxima observationis apud Hebraeos, propter
quod legalis dicitur, quia omnes festivita-
tes legales secundum cursum lunæ, et atatem
observantur; et ideo incipit a lunatione Apri-
lis, hoc est lunatio Aprilis, est primus mensis,
quæ lunatio in Martio, sepe inchoat. Ratio
huius

huius festivitatis Paschalis fuit in commemo-
rationem beneficij, quo Deus eos de Aegypto
eduxit, quādo enim fuerunt liberati in Aegypto
præcepit eis Deus, ut sanguine agni linerent
superlinaria domorum, quasi protestantes
se recedere à ritibus Agyptiorum, qui arietē
colebant; vnde & liberati sunt sanguinis agni
aspersione, vel linitione in postibus do-
morum à periculo exterminij, quod immi-
nebat Aegyptijs. Significabatur autē per im-
molationē agni paschalis, immolatio Christi.

⁹ Quarta festivitas erat Pentecostes, quæ ce-
lebrabatur quinquagesimo die post Pascha, &
sic post septimam hebdomadam celebrabatur
in memoriam datæ legis, quæ data est quin-
quagesimo die à Phale, id est ab exitu de Aegyptio.
Dicebatur etiam hæc festivitas hebdo-
madarum, quia supputatis septem hebdoma-
dis à prima die azymorum, fiebat. Dicebatur
etiam festivitas, quia tūc offerebantur duo pa-
nes primitiarum, sive de novis frugibus, item
cum panibus septem agni, vitulus unus, &
aries unus in holocaustum, hircus autem pro
peccato, & duo agni in hostiam pacificorum.
Levit. 25. & n. 15. hæc festivitas erat septem die-
rum, sicut azymorum, & offerebatur eadē ho-
stia, quæ in Neomenia, sicut in solemnitate
Paschali offerebantur primitiva in spicis.

¹⁰ Quinta festivitas erat tubarum sive clango-
ris, quæ est in prima die septembris, itemque
eadem die est festum Neomenia, id est noui-
lunij, quod est in prima die lunæ cuiuslibet
mensis, sic est duplex festum. Dicebatur etiam
festum septimarium, vel sabbathum mensium,
quia hic mensis ferè totus solemnis, & festivus
erat. Ea die præter iuge sacrificium, & hos-
tias Neomeniæ, offerebatur in holocaustum,
unus vitulus, unus aries, septem agni anniculi,
Numer. 29. n. 1. Hæc dies solebat etiam dici fe-
stum Coreorum, quia tunc accedebant cereos;
sed à modernis Iudeis translati sunt cerei ad
decimam diem eiusdem mensis, quæ est pro
mortuis. in hoc festo opus servile non faciebat
Iudei. Hæc festivitas fiebat duplii de causa.
Prima in memoriam liberationis Isac à mor-
te, pro quo immolatus fuit aries, *Gen. 22. num.*
11. & idè illa die Iudei clangebant in cor-
nibus pecorum, quia ille aries inter vepres
hærebat cornibus. Secunda ratio erat, quia ille
clangor erat quasi quedam denuntiatio solē-
nitatum sequentiū, ut homines se præpararēt
ad illam. Lege Cornel. ad exp. 23. *Levit. num. 24.* ubi
de hac re satis superque.

¹¹ Sexta festivitas dicebatur festum expiatio-
nis, & celebrabatur decimo die lunæ mensis
septimi, & hæc dies celeberrima, & vocaba-
tur sancta, & in ea non faciebant Iudei opus
servile: *Levit. 23. num. 31.* celebrabatur hæc fe-
stivitas in memoriam illius beneficij, quo Do-

minus condonavit Iudeis peccatum de fabri-
catione vituli, quia illa die descendit Moyses
de monte portans secundas tabulas, in signum
propitiationis divinæ, & sic retulit placatum
Dominum filijs Israel super offensa vituli, cō-
flatilis. Ea ieiunabant homines, iumenta, &
pueri septenes, usque ad vesperam pro memo-
ria mortuorum; & inde dies afflictionis dice-
batur. *Levit. 23. num. 27.* & dies expiationis; *Le-
vit. 16. num. 29.* & 30. quia tunc expiabatur ta-
bernaculum, & altare, sanguine vitulæ ruffæ,
et siebat cinis ad expiationem immundorum:
Oblatio illius diel erat vitulus unus, aries
unus, agni anniculi septem *Numer. 29. numer. 7.*
hircus unus pro peccato cum libamentis suis.
per hoc festum significabatur emundatio à
peccatis populi Christiani. Alias allegorias
vide apud Cornel. *Levit. 16. num. 29.*

¹² Septima festivitas erat tabernaculorum. & ce-
lebrabatur decima quinta die lunæ mēsis sep-
timi, in memoriam illius beneficij quo Domi-
nus filios Israel quadraginta annis aluit in de-
serto in tabernaculis habitando: & incipiebat
hæc festivitas à decima quinta die lunæ men-
sis septimi, & durabat per septem dies. Prima
die, & die octaua cessabatur ab omni opere
servili *Levit. 23. num. 35.* & 36. in illa die prima
sumebant fructus arboris pulcherrimæ (quæ
qualis fuerit nō satis constat; Chaldaeus legit, ra-
mos Cetri, s. Hieronym. in cap. 14. Zachar. dicit
fuisse cedrum, puto s. Hieronymum, cedromela
voluisse intelligere, sic enim appellari citrea
mala tradit *Dioscorid. citatus à Cornelio Levit. 23.*
num. 40.) spatulasque palmarum, & ramos lig-
norum densarum frondium, & salices de tor-
rente, & lætabimini coram Domino. *Levit. 23.*
num. 40. ad significandum quod Dominus in
terra deserta suscitaverit eos diu abque de-
fectu notabili. Per hoc festum significatur pe-
regrinatio bonorum in hoc mundo. Lege *Cor-
nel. proxime relat.*

¹³ Octava festivitas dicebatur cætus, sive col-
lectæ, & siebat octava die à quinta decima die
Lunæ dicti mensis, et sic octava die à festo ta-
bernaculorum: Et erat dies solemnis; hoc
festum celeberrimum, et sanctissimum dice-
batur, et nullum opus servile fiebat in octava
die, et prima colligebatur in illo pecunia pro
sacrificijs per annum faciendis, et alijs neces-
sitatis Tabernaculi, quæ debebant fieri de
communibus sumptibus: et ab hac pecunia
collecta, inditum festo nomen contendunt
Abul. Lyra, Caiet, Oleast. Levit. 23. num. 36. Verius
tamē est cætū dici à collectione populi, ut ner-
voie probat Cornelius ad dictum cap. *Levit. 23. n. 4.*
36. quem vide. Per hoc festum significabatur
congregatio fidelium in Regno celorum. Alias
festivitates addiderunt Iudei propter varios
eventus, ut *Encenia*, quæ est festivitas dedica-
tionis,

tionis Pharim; quæ est festivitas Regine Esther; De quibus, & alijs multis ieunijs, & ceremonijs, vide omnium latissimè Albertin de hæret. lib. 6. q. 12. per totum, Ioseph. de antiquit. Iudeor. lib. 12. capitulo. Nicol. de Lyr. in Levit. cap. 12. Turrecremat. in cap. 1. de consecrat. dist. 3. Valent. in suis questionib. contra Iudaos, & alijs quos citat Rojas de hæret. n. 23. Fratrem Balthas. Paez ad Cant. filiorū Israel post transiit maris rubri. Exod. 15. n. 1.

- 14** In textu, ibi, Ex eorum codicibus ostendentes. Vide Bart. in l. quædam, §. Numularios num. 2. & ibi Alexand. ff. de edend. idem Bart. in l. Nescennius, nro. 4. ff. negot. geslis. & in l. nuda, num. 7. ff. donat, & in l. creditor, §. Valerianus, num. 1. ff. solut, & in l. admonendi, numer. 26. ff. de iure iurand. Speculat. in tit. de iuſtrument. edit. §. Nunc dicendū num. 4. & sequentibus, Alb. in cap. 2. numer. 9. & sequentibus, de fide instrument. & ibi Felin. num. 21. & sequentibus, Anchær. in Clem. 1. §. Ceterū, num. 5. de usiris, & ibi Imola, num. 14. Iason in repetit. d. l. admonendi, num. 110. & sequentibus, ubi latissimè cum quo in proposito tres casus distinguuntur. Primus sit quando liber rationū probat aliquid contra scribentem. Secundus quando pro ipso scribente. Tertius quando pro tertio contra alium tertium. In primo casu, sic conclusio. Liber rationum planè probat contrâ scribentem, & de hoc nullus dubitat, secundum Iason. in d. l. admonendi, nro. 111. per textum in l. quædam, §. Numularios, iuncta Glossa ff. de edendo. Ampliatur primo prædicta conclusio, ut non procedat solum, quādo liber est scriptus propria manu scribentis, sed etiam quando scribit manu alterius suas rationes. Secundo ampliatur ut procedat etiam quando in illo libro non interveniant solemnitates, & ita sine die, & Consule. Limitatur primo prædicta conclusio, ut non procedat quando causa debiti non continetur in d. libro, nam necessaria est causa ut probet. Secunda limitatio erit, ut non procedat quando scribitur in aliquo memoriali, vel schedula, quæ reperitur in libro rationum, non enim probat, quia requiritur quod sit liber rationum in quo continuè scribuntur data, & recepta. Tertio limitatur dicta conclusio, nisi pars à principio contradixerit; si enim posse prædicto libro voluerit stare in suum favorem contrâ scribentem, non poterit, nec erit audiendus.
- 15** In secundo casu, sit conclusio. Liber rationū non probat pro scribente. Limitatur primo in his, quæ dependent ab eius mera voluntate, tunc enim probat, & fidem facit. Secundó limitatur in libro rationū defuncti, facit enim pro hærede aliquam præsumptionem: sed hoc intellige in libro rationum defuncti habente formam debitæ rationis, si continet data, &

recepta, Tertiō limitatur, quandō adest constructio, seu statutum, quod libris mercatorum plena fides detur proscribente; quæ limitatio iterum sublimitatur. Primo, quod debet intellegi si ita iudici videbitur, considerata qualitate mercatoris, & quantitate, & præiudicio causa. Secundō sublimitatur, nisi mercator sit infamis, vel suspectæ ritæ. Tertiō sublimitatur & intelligitur solum in pertinentibus ad artem, seu negotiationem illius mercatoris, non vero in alijs: in his enim casibus etiam stante statuto, & consuetudine, achuc stabimus prædictæ conclusioni. Quartō limitatur prædicta conclusio, nisi ex quantitate, & qualitate rei iuncta verisimilitudine aliud inducatur. Limitatur quinto quando in libro multæ partitæ ibi scriptæ verificantur, sic probantur verē per Scripturas publicas, vel libros aliorum mercatorum, & sic in nullo redarguitur demanda: cito tunc enim cum in aliquibus ratio libri sit vera, præsumitur in omnibus vera. Limitatur sexto quando in libro rationum aliqua sunt pro scribente connexa his, quæ contrâ cum sunt, & ita quod non possint commodè separari: nam tunc si adversarius vult dicto libro stare contrâ scribentem, stabitur etiā pro scribente, ratione connexitatis.

In tertio casu, tres statue conclusiones. Primum, si liber rationū est consecutus ratione officij de publico iniuncti. v.g. quando publicus officialis, gabellarius, vel thesaurarius publicus scribit in libro communī, vel officij, aliquid, quod pertinet ad tertios; tunc ille liber plenam fidem facit. Secunda conclusio sit. Quando liber rationis non est officialis publici, sed publici camporis, vel mercatoris, non facit plenam, sed semiplenam prabationem: ij enim successerunt in locum argentiorum, & numulariorum qui olim publice eligebantur, & ad quorum fidem publice recurrebatur. Tertia cōclusio. Cæteri libri aliorum, fidem non faciunt, de quibus vide Dottres, supra citatos, in principio.

C A P . L icet . IV .

S V M M A R I V M .

1 Baronius Cardinalis nostri textus mentionit.

2 An semper debeamus evitare scandala, lumis & num. 3. 4. 5. & 6.

Intex-

IN textu. Vide circa Baronium tom. 9.
Annalium anno Christi. 839. n. 4.
& 5. qui refert integrum Epistolam Gregorij Pontif. 4. ex qua textus fuit transcrip-
tus, de qua multa hic desunt, namq; post verba
in fine textus posita sibi non valit fieri, statim hæc
sequuntur. Reminiscentia preceptum Domini salvato-
ris quo ait; nolite iudicare & non iudicabimini. Matib.
7. num. 1. nihil ergo per nostram facilitatem tribunalis
excelsi iudicij derogare debemus, cum illa sint rata, que
pia, que vera, que iusta sunt, & aliter necessitatis, aliter
tractanda est ratio voluntatis. Nullum enim inteme-
ratum reliquit inimicus; idcirco succurrentum est irre-
tis, conserendum est ergo venientis laqueus, ut fugatis
lamentationibus tam in isto moderamine, quam compa-
etione pietatis, Apostolica autoritate sol iustitia in oculis
spendeat corruentium, nec pigeat forsitan, aut pudeat
nostris obedire mandatis, aut Apostolicæ sedis observare
precepta, quia humilibus dat gratiam non superbis. Ia-
cob. 4. nn. 6.

2 In textu, ibi, Materia scanda-
lorum. supposito quod scandalum sit dic-
tum, vel factum minus rectum præbens
alteri occasionem ruine, id est, peccati, secundum
Covarru. in in reg. peccatum 1. parte numer. 5. vers.
Verum ad intellectum. Albertin. in tractatu de secre-
to numer. 236. & Sanch. lib. 1. decal. cap. 6. num. 1.
& supposito quod hoc scandalum aut datum
seu actuum quando scilicet aliquis propter
aliquid malefactum scandalizat proximum,
de quo Matib. capit. 18. numer. 7. Væ homini illi
per quem scandalum venit; aut est acceptum, seu
passuum, quando aliquis sine ratione scandaliz-
atur, & ei non datur aliqua occasio scan-
dali. Constitue duos casus, primum, quando
agitatur de scandalo activo, secundum, quando
agitatur de scandalo passivo. In primo casu duas
conclusiones constitue; primam, Peccatum
scandali activi, datur quoties quis fratrem in-
ducit ad consensum fornicationis, adulterij,
& similis peccati, seu criminis, ut consen-
tiens malum culpæ incurrit: ratio huius con-
clusionis est, quia cum tale opus directè ten-
dat adversus correctionem fraternalm, cum
ex eo animæ læsio contingat, ideo hoc est
speciale peccatum scandali, & per tale opus in
illud incurritur. Probat eleganter Vasquez
1.2. q. 73. art. 8. disp. 102. Sanch. tom. 1. decal. lib. 1. cap.
6. num. 3.

3 Intellige 1. prædictam conclusionem cum ta-
lis inducit, seu actus ex intentione operantis
dirigitur ad labefactandum proximum, non
vero quando ex opere alia intentione perpe-
trato, contingit, tunc enim non constituit
speciale peccatum scandali, quamvis detur
circumstantia generalis scandali necessario
in confectione aperienda, ex eo quod quis
proximo dedit occasionem peccati. Covarru.

citato loco vers. Quinto apparet, & alijs quos
refert, & sequitur Sanch. ubi proxime à numer.
4. usque ad 6. & quando scandalum sit pecca-
tum speciale, quando non, & quæ regula ad-
hibenda sit, ut tale discernatur, & sit confiten-
dum videbitis Azot 2. part institut. moral. lib. 12.
cap. 16, Sanch. ubi proxime. Secundo intellige
prædictam conclusionem, quod prædictum
scandalum actuum datur etiam sine peccato
eius, qui scandalizatur, si enim aliquis inducit
aliquem verbo, vel facto ad peccandum, &
ille non consentiat, tali casu etiam datur scan-
dalum actuum, D. Thom. ab omnibus recep-
tus 2. 2. q. 43. numer. 2. Sanch. tom. 1. decal. lib. 1.
cap. 6. num. 1. Albertin. d. loco num. 238. Secunda
conclusio sit, omnis actus ex quo potest pro-
venire scandalum actuum semper ab omni-
bus vitandum est. Probatur ratione, quia cum
talis actus habeat speciem mali, & sit pecca-
tum semper ab eo, qui scandalizat propter
proximi charitatem ne pede ad id impingat,
& labatur, fugiendum est. Covar. citato loco in
principio. Albertin. num. 237.

In secundo casu supponendum est quod
scandalum acceptum, & passuum proveniens ex
malitia accipientis nullo modo tenetur vitare.
Covar. ubi proxime, num. 7. post med. & num.
8. Albertin. d. tract. de secreto, numer. 239. quando
tale scandalum ex ignorantia, seu infirmitate
accipientis procedit, sed de hac materia tres
statue conclusiones. Prima conclusio sit, sca-
dalum proveniens ex ignorantia non tene-
mur, nec possumus vitare, quando actus sint
tales quorum oppositum nullo modo fieri po-
test, quales sunt qui ex preceptis negativis
proveniunt, ut est homicidium, furtum, &c.
de quibus, vide Abb. in cap. Qui scandalizaverit,
num. 1. & in cap. Nisi num. 12. ubi Additio. de re-
nuntiat. D. Thom. 2. 2. q. 44. art. 1. Lege pro hac,
& sequentibus conclusionibus. Saygin in clavi,
lib. 7. cap. 6. per totum.

Secunda conclusio. Quamvis non tene-
mur vitare scandalum proveniens ex actibus
ad quos tenemur ratione affirmativi præcep-
ti, possumus tamen vitare illud secundū Covar.
citato loco num. 6. vers. tertio Ratio est, quia
cum tale præceptum non semper, & ad sem-
per obliget, sed pro loco, & tempore, & sic
propter aliquem in circumstantiam considerabi-
lem cesseret eius obligatio, vel saltem differeret
possit, ita ratione scandali cessabit obligatio,
& non tenebimur prædictum præceptum ob-
servare. Exemplifica primum prædictam con-
clusionem, quod si executione mandati Prim.
Epis, vel superioris oriatur scandalum, super
fodendum est tali mandato Abb. in cap. si quando
num. 2. de rescripti. Exemplifica 2. in casu de quo
Felin. in d. cap. si quando. num. 3. ubi ex eo quod
populus scandalizabatur, quia summus Ponti-

sex iubebat Romanum de capitari, fuit liberatus hac ratione. Exemplifica 3. prædictam conclusionem cum eodem Felin. in cap. nihil, n. 2. de præscript. ubi ponit 33. casus, quibus contra regulas iuris multa specialia conceduntur, ad evitandum scandalum.

- 6 Tertia conclusio sit, quando actus in nulla obligatione sunt positi, ita ut possit oppositum licet fieri, non solum possumus, sed etiam tememur vitare scandalum, quod ab illis provenit, ut etiam in actibus indifferentibus, textus in cap. 2. Novi oper. nuntiat. ibi. Ab his tamen; quae sine peccato mortali, &c. & ibi. Abb. num. 7. Exemplifica 1. conclusionem in contractu matrimonij, qui est liber, nam si scandalum timetur inter alias parentelas si contrahatur, debet tale matrimonium interdici. Abb. in cap. nisi in vers. pro gravi, seu in cap. Cum in tua, num. 4. de sponsalibus. Secundo exemplifica cum eodem Abb. in cap. nisi, in vers. pro gravi, num. 13. de renuntiat, & an ex eo quod quis potuit obviare scandalum, & non obviavit, præsumatur esse in do-
lo, negativè resolve cum Abb. in cap. Quanta, nu-
3. de sententia excommunicati. & quod iudex potest, ratione scandali se intromittere ubi non ha-
bet jurisdictionem, Abb. in cap. Constitutus, num.
9. de appellat. vide cap. De his verò. 34. numer. 2.
dist. 50.

CAP. De Iudeis. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Dinus Thomas nostre textus memi-
nit.
- 2 Blanditijs allucere ad fidem licitum
est.
- 3 An invitius teneatur servare contra-
etū? & n. 4. & 5.
- 6 Quid importent verba secundum pro-
prij arbitrij voluntatem.

V Ide Sot. in 4. dist. 5. q. vnic. col. 6. art. 10. D.
Thom. 2. q. 10. art. 8. ubi in 2. argumento
hunc textum citat, & vide elegantem episto-
lam sancti Gregorij Pontificis, quam refert
Baronius tom 8. annualium anno Christi 591. num. 34.
ubi sanctus Pōtifex licet convertendi Iudeos
intentionem laude dignam censem, tamen iu-
bet ne iudei inviti cogantur ad fidem, cuius
verba sunt. Plurimi siquidem Iudaica religionis viri
in hac provincia commorantes, ac subinde in Massilia
partes pro diversis negotijs ambulantes, ad nostram per-
duxere nositiam, multos consistentium in illis partibus

Iudeorum, vi magis ad fontem baptismatis, quam predi-
catione perductos. Nam intentionem quidem huiusc-
modi, & laude dignam censeo, & de Domini nostri dilec-
tione descendere profiteor: sed hanc eandem intentionem
nisi competens scriptura sacra comiteatur effectus, ni-
meo ne aut mercedis opus ex inde non proveniat, aut iux-
ta aliquid, animarum quas eripi voluntus (quod absit)
dispendia subsequantur. Dum enim quispiam ad baptis-
matis fontem non prædicationis suavitate, sed necessita-
te, pervenerit; ad pristinam superstitionem, remeans in-
de deteriorius moritur, unde tenatus esse videbatur, frater-
nitas ergo vestra huiusmodi homines frequenti præda-
ctione provocet, quatenus mutare veterem vitam magis
de doctoris suavitate desiderent. Sic enim, & intentio
vestra recte perficitur, & conversi animus ad priorem
denuo vomitum non mutatur. Adhibendus ergo illis es-
sermo, qui & errorum in ipsis spinas vivere debeat, &
prædicando, quod in his tenebrescit, illuminet; ut pro hi-
admonitione frequenti mercedem fraternalitas vestra ca-
piat; & eos, quantum Dens donaverit ad novæ regene-
rationem vita perducat; vide cqdē tom. anno Christi.
598. num. 15.

Blanditijs tamen, & muneribus Iudeos alli-
cere, ut fidem catholicam suscipiant, licitum
est, ut constat ex eiusdem Gregorij, facto re-
lato d. tom 8. anno Christi, 694. nu. 8. ubi Pontifex
scribens ad Cyprianum diaconum hæc ait. Peruenit
ergo ad me esse Iudeos in possessionibus nostris, qui con-
verti ad Deum nullatenus volunt; sed videtur mihi, ut
per omnes possessiones, in quibus ipsi Hebrei esse nescun-
tur, epistolæ transmittere debeas, eis ex me specialiter
promittens, quod quicumque ad verum Dominium Deū
nostrum Iesum ex eis conversus fuerit, onus pensionis eius
ex aliqua parte minuetur; quod ita quoque fieri volo,
ut si quis ex eis conversus fuerit; si solidi pensionem de-
bet prædictus ei relaxari debeat; si tres vel quatuor, unus
solidus relaxetur, si quid amplius, iam iuxta eundem mo-
dum debet relaxatio fieri, vel certè iuxta quod dilectio
tua prævidet; ut & ei, qui convertitur, onus relevetur.
& ecclesiastica utilitas non gravi dispendio prematur:
Nec hoc inutiliter facimus, si pro levandis pensionum
oneribus, eos ad Christi gratiam perducamus; quia & si
ipsi minus fideliter veniunt, hi tamen, qui de eis natu-
rue fuerint iam fidelius baptizentur. Aut ipsos ergo aut eó-
rum filios lucramur & ideo non est grave, quicquid de
pensione pro Christo dimittimus. Legi Suar. de fide
disp. 18. sect. 3. num. 8. Addit. posita ad cap. Qui fin-
cera, n. 4. supra hac eadem dist.

In textu, ibi, Ergo non vi, sed
libere, &c. Vide Præposit. hic num. 5. Talle-
crem. n. 2. citantem D. Thomi. Alex.
de Alej. & D. Bonavent. in 4. dict. 6. Abb. in 1. Mai-
res. §. Item quaritur, numer. 3. de baptismo. Azeved.
lib. 8. noue recop. lib. 8. tit. 2. l. 5. cum sequentibus.
Resolvē quod quando aliquis vi præcisa com-
pellitur ad baptismum, character non imprimi-
tur, quando vero compellitur per vim condi-
tionalem, seu compulsivam, tunc imprimitur
char-

character, & sic validum sacramentum, & baptizatus tenetur observare baptismum: ratio est quia quando quis compellitur vi praecisa nullo modo consentit, nec datur voluntas ad baptismum, quando vero compellitur per vim conditionalem, tunc datur voluntas, quamvis sit coacta, textus in cap. merito 15. questione 1. Quae autem sit vis praecisa, quae conditionalis, dic cum Abb. d. num. 3. & in cap. ad audiencem num. 2. de his, quae videlicet in cap. Sacris num. 1. eodem dicit. Covar. in cap. Alma mater, 1. part. §. 3. num. fin. quodvis vis praecisa est, quando in nobis non datur potestas resistendi; utrum agamus, vel non agamus, etiam si velimus mortem pati, potiusquam agere, & ita in nobis nulla est voluntas. v. g. quando aliquis ligatis manibus, vel pedibus compellitur ad aliquid. Vis autem conditionalis, seu compulsiva est, quando vis est particeps nostrae voluntatis, & voluntatem quamvis coactam nobis relinquit, v. g. quando infertur alicui vis, ut nisi certum quid faciat mori debeat, cum enim hoc casu ipse eligat potius tale quid facere, quam mortem pati, datur voluntas.

In ceteris autem actibus an hæc distinctio debeat fieri ut actus valeat, vel non, vide de materia Abb. in cap. Abbas, num. 5. & sequentibus de his, quae videlicet in cap. Cum locum, num. 2. de sponsal. Domin. in cap. 1. num. 3. de his, quae vi, lib. 6. & ibi Archidiac. num. 6. Fortun. de vlt. fine ubi laissimè. 21. num. 276. Navarr. in Manual. cap. 22. num. 50. Covar. in Regul. possessor. 2. part. §. 6. numer. 6. Valasc. de iure emphyl. questione 5. numer. 9. Idem. Covar. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 4. & sequentibus, cum quibus, seu aliquibus eorum resolve, quod aut agimus de contractu stricti iuris, aut de contractu bonæ fidei. In primo casu si metus, seu vis conditionalis (quod idem est secundum Fortun. citato loco, num. 316. in fine) dederit causam tali contractui, contractus mero iure valebit, sed rescindetur per exceptionem metus. In secundo vero casu talis contractus erit ipso iure nullus; ratio est, quia cum in contractibus bonæ fidei non solum requiratur consensus, sed quod talis consensus sit liber omnino, meritò si per vim factus fuerit contractus, est nullus, cum predictus consensus omnino liber in talibus deficiat.

Exemplifica primo hanc resolutionem in contractibus bonæ fidei, primo in causa matrimoniali, quae est certa species societatis, & ita contractus bonæ fidei, quinimo in matrimonio requiritur consensus magis conformis bonitati, & iuri naturali, quam in ceteris actibus bonæ fidei, in quibus vis, & metus ideo annullat actum, quia deficit consensus, qualis inter bonos viros requiritur, ut diximus. Exemplifica secundò in promissione dotis, quae co-

stat ex bono, & a quo l. has obligationes ff. cap. min. l. 1. §. sed & si, Cod. rei rxor. act. Tertiò exemplifica in voto, cum enim ad eius bonitatem requiratur quod sit voluntarium, si metu fias non est bonum, cum deficiat voluntas, & si non est bonum, non potest esse iustum, ius enim aequum, & bonum est. Fortun. citato loco, num. 302. Quartò exemplifica in prorogatione iurisdictionis. Quintò in electione facienda. Sexto in autoritate tutoris. Septimo quando testes sunt rogati ad testificandum. Octavò in sententia. Nond in remissione iniuriae. Decimò in actione constituti. Undecimò in contractu pignoris, quae, & alia vide cum Fortunio a numer. 294. ubi a numer. 336. reddit rationem quare iuramentum metu extortum valeat, dicens quod in iuramento duplex est obligatio, una ex promissione expressa facta parti, altera ex promissione tacita facta Deo; respectu igitur promissionis partis nulla datur obligatio, si metus interveniat; respectu vero promissionis factæ Deo, cui se obligavit, cum adhibendo veritatis testimoniū, & assertorem, cum Deus illi vim non intulerit meritò datur obligatio, & requiritur absolutio ut illa cesseret.

Intellige tamen omnia supradicta in 2. casu, si Iesus noluerit quod actus valeat, si enim voluerit quod valeat sustinebitur. Pinel in l. 1. 3. part. num. 32. Col. de bon. matern. Covar. practicar. cap. 28. numer. 10. vers. quod si rerum, & ultra Gleßam in l. 1. §. Quæ oneranda ff. quarum rerum actio non detur, dic quod quatuor conditions requiriuntur, ut actus vi, metu, aut dolo factus annulletur. Prima quod metus sit inductus ab aliqua persona extrinsecus l. metum 9. ibi Ab aliquo, ff. quod metus causa. Secunda quod sit metus cadens in constantem vitum l. 3. eodem tit. Covar. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 4. numer. 17. Tertia quod sit factus ad finem extorquendi id, quod intenditus revocare l. metum §. animadvertisendum, vers. sed licet ff. illo tit. l. qui in carcerem ibi. Ut aliquid ab eo extorqueret, ff. eodem. Quarta quod metus debeat esse presens. l. metum in principio, ff. eodem Bart. in leg. novissime, in 2. lectura, n. 3. ff. quod falsum.

In textu, ibi, Proprij arbitrij voluntate. Preposit. hic, numer. 2. inquit quod predicta verba possunt importare voluntatem contrariam legi, & sic corruptam, & possunt etiam denotare voluntatem cum iure, vide textum. in l. Vtrum §. 1. ff. de rebus dub. l. 1. in principio, ff. legat. 2. l. 3. ff. ann. legat. ubi aliquando liberum arbitrium sumitur pro libera voluntate, aliquando pro arbitrio boni viri; vide etiam Jason. in

1. Si quis maior, numer. 16. Cod. transact. & quæ sunt verba importantia liberum arbitrium boni viri; vide cum eodem Iason. in l. Si sic legatum, à num. 4. ff. legat. 1. ubi latissimè de materia cum limitationibus, & declaracionibus, & vide quæ supra in cap. Cum beatus, verbo, prout voluerit.

CAP. Licet nonnunquam. VI.

S V M M A R I V M.

1. Quod semper iustitia ministanda est cum misericordia?
2. Dicitio Plus quid significet?

IN textu, ibi, Erga corrigendos agat benevolentia. Ultra ea quæ notavi supra in cap. t. num. 1. & 2. hac eadem distinctione vide textum, in cap. Alligant. 26. questione 7. ubi D. Ioannes Chrysostomus, inquit quod melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem, vide etiam textum in cap. 1. 23. questione 5. ubi D. August. Iudicem alloquens inquit. Imple christiane Iudex p[ro]ij patris officium, sic succense iniquitati, ut consulere humilitati memineris, nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidine, sed peccatoribus curandi adhibeas voluntatem. Noli atrocious vindicare quod lenius invenisti; inquirendi, quam puniendi maior necessitas est. Ad hoc enim, & mitissimi homines facinus occultatum deligner, atque instanter examinant, ut quibus parcant inveniant. Vide etiam textum in cap. Si qualibet, 22. questione 2. textus elegantissimus in materia in cap. Disciplina, infra hac distinctione l. Respicendum, ff. p[ro]en. l. Arianus, ff. action. & obligat. Abb. in capit. 2. de regu. iur. Decianus vol. 3. Respons. 72. numer. 38. Limita tamen praedicta, quando agitur de incorrigibilibus cap. Est in iusta, 23. questione 4. Praeposit. in cap. Cum beatus, infra eodem, num. 7. tunc enim iudex non debet habere misericordiam circa correctionem.

2. In textu, ibi, Plus. Quæ dictio est adverbum comparandi, & ad modicum refertur. Alciatus in l. hec adiecio, de verborum significatione, Iason, in l. Cum quidam, num. 1. C. de verborum significatione, & in l. & si post tres, ff. Si quis cautionibus Menoch. de arbitrar. casu, 145. num. 4. In super cum hæc dictio sit ambigua nihil in teste operatur. Alex.

cons. 109. num. 15. vol. 4. Iason. in Rubric. ff. scilicet matrimonio, numer. 5. Dictio Plus, minus vel vulgo Poueo mais ou menos, nihil addit, nihilque minuit de confessione, nisi aliud probetur. Bart. in l. Publia, §. final. ff. depositi, & in l. in acto ff. de furtis, ubi ait admittendum esse libellum, quo certum petitur, & additur clausula illa, & plus, cum nihil operetur Bald. in Rubr. C. depositi in 6. quest. sequitur, Alexand. conf. 8. in fine. vol. 4. refert alios Cened. singulari. 80. num. 2.

CAP. Episcopum. VII.

S V M M A R I V M.

1. Qualem p[ro]enanu incurrat Episcopus percutiens presbyterum, seu diaconum, quando eos corrigit?

IN textu, ibi, Deiici ab officio suo. Vide textum in cap. Si quis omnem. prima questione 7. cap. quando, 86. dist. Turrecremat. Praeposit. hic. nu. 1. cum sequentibus, tenet quod Episcopus non zelo seu causa correctionis s[ecundu]m s[ecundu]m in subditos, ita immoderate presbyterum, seu diaconum castigat ut illis abscondatur membrum, vel propter contumaciam est incorrigibilis, debet in his casibus ab officio deponi, & incurrit excommunicationem, cap. Cum beatus, infra, eodem, ubi vide quæ notavi si verò in verbo, excederit modum, ita ut excedat limites charitatis, & cedat in infamiam, & damnum correcti, tunc cum agat contra charitatem, & peccet in proximum, debet ab eo veniam petere, si verò excedit, sed tamen eo modo, quod remaneat intra terminos charitatis, non debet prælatus de tali excessu veniam à subdito petere, sed à Deo, quia proximum non offendit contra charitatem, secundò nè subditus ex postulata venia superbiat, & eum contemnat, tertid[us] nè par conditio præsumatur inter Prælatum, & subditum, & sic corrigentis authoritas v[er]iliter pendatur Praeposit. & Turrecremat. in d. cap. Quando, eleganter Richardus, in praxi Ecclesiastica, distinctione 355. Bertrandus in pratica, cap. 133.

C.A.P.

CAP. Cum Beatus. VIII.

SUMMARY.

- 1 Quid importet verbum, voluerit?
- 2 Quot modis sumatur exilium?
- 3 An pater verberans filium in sacris constitutum incurrit excommunicationem?
- 4 Maritus an possit verbare uxorem?
- 5 Episcopi debent honore clericos?

IN textu, ibi, Pro ut voluerit. Verbum hoc voluerit, importat liberam, & absolutam voluntatem, ita ut quis possit voluntatem suam facere etiam inique, & contra regulas ieris, quando sub hoc verbo ei aliquod committitur; hoc tamen intellige, dum ab sit dolus malus, Ias. in l. Si sic legatum numer. 27. ff. legat. 1. qui citat. Bart. Bald. Abb. Imol. & Butrium. in multis locis, Limita tamen hoc tribus modis. Primo quando quis se committit in voluntatem sui adversarij, tunc enim quanvis verbo veluerit utatur, intelligitur de arbitrio bono viri. Secundo limita quando dicitur pro sua voluntatis arbitrio. Tertio in potestate data exactori fiscalis, ut possit compellere omnes debitores fiscales omni coertione, de qua sibi videbitur, tunc tenebitur observare legem municipalem; vide etiam eundem Ias. in d. l. si sic, ubi inquit quod verbum placuerit, importat arbitrium boni viri, & non liberam, & absolutam voluntatem, & ita ut noster textus non contrarietur, ibi ut voluerit, & placuerit: vide antentari possit quod quando in aliquo actu inventari aliquod verbum importans absolutam voluntatem cum alio importante arbitrium boni viri, tunc secundum subiecta materia iudicandum est, quid praedicta verba importent; in hoc enim textu subiecta materia suadet quod verbum, placuerit, sit idem quod voluerit, quia tamen loquitur cum prælatis, qui in corrigendis subditis excessum committunt, & ita qui inique, & contra ius faciunt, & ita liberè, non verò secundum quod æquum est, & secundum arbitrium boni viri, ut prædictum verbum, placuerit sonat, secundum doctrinam, Iason, citato loco.

In textu, ibi, Ex ilij sententiā. Triplex inventur exilij significatio in Can-

nibus. Prima quando alicui certus locus præcribitur, & conceditur, & alia negantur, cap. placuit, distinct. 18. exul namque videtur, cui non est licitum alijs locis, nisi tantum sue ecclesiae communicare. Secunda quando certus locus interdicitur alicui, & cætera conceduntur. cap. in primis 2. questione 1. vers. de Episcopi, in fine. Tertia quando omnia loca alicui negantur, vel ad tempus, vel perpetuo, cap. Si quis sacerdos, 30. questione 1. cap. Sacerdos, de penit. distinct. 6. Turrecrem. hic. num. 4. & Præpos. Bernard. in pract. canonica cap. 134. qui textus meminit.

In Glossa, verbo Gravioribus, ibi, Vnde si pater verberat filiū.

Præposit. hic, numer. 5. citans Hostien. & Archid. tenet patrem verberantem filium in sacris constitutum incurtere excommunicationem, idem tenet Abb. cap. Cum voluntate. num final, per Glossam, ibi, de sententia excommunicationis. dicens quod quanvis praedicta manus non sit iniuria, est, temeraria, idem tenet ibi. Felin. numer. 1. vers. ultimo noto, Tolet. in summa. lib. 1. cap. 33. num. 5. Suar. de cens. lib. 3. cap. 18. num. 13. Molin. tractat. 3. disputatione 56. num. 6. Nihilominus contrarium videtur verius quod pater non incurrit excommunicationem per textū in cap. Ex tenore de sententia excommunicati. iunctus ijs, quæ Navarr. in Manual. cap. 27. numer. 28. vers. Stricto iure idem potest dici. Avila de censur. 2. parte cap. 5. d. 3. dubit. 13. citans Tabienā Sylvest. excommunicatio. 6. numer. 6. Suar. de censur. disputatione 22. sectione 1. num. 49. Egidius de Sacrament. disputatione 14. dubit. 15. num. 192. vers. Addunt. Intellige tamen praedictam resolutionem cum eodem Suar. de percussione levi, & moderata, & ita Præpos. & ceteri DD. citati possunt intelligi de rigurosa, & gravi, percussione, atq; hoc modo duas has opiniones in concordiam reduces.

In eadem Glossa, ibi, Maritus.

Docet Glossa, quod maritus potest ex causa uxorem moderatè castigare, idem voluit Glossa, in l. & si quem curq; §. vlt. in fine ff. ad l. Aquil. & in Authent. ut liceat matri, & avia, §. Quidem vero quosdam mulieres, verbo sufficere, Glossa, vlt. in cap. Quemadmodum de irre iur. ubi DD. Bald. in l. filius. C. de patria potestate, Alex. in l. Miles. §. qui iudicanti, ff. de reiud. dec. in l. fæmina, vers. Trigesimo sexto, de regul. iuris, plures refert Tiraquel. in l. 1. Conubiali. Glossa, l. num. 22. ubi nostram Glossam citat.

In Glossa, verbo, Subtrahant.

Collige quod Episcopi debent honorare clericos, quasi clericos, ut ipsis Episcopis

quasi Episcopis à clericis honor deferatur, ut in simili dicit Djuus Hieronymus ad Nepotium de vita clericorum, & refertur, in capit. Esto subiectus, 95, distinctione ubi Glossa verbo defertur; facit textus in capit. Significasti in fin. de electione, & in capit. ad decorum, de institutionibus textus in l. Si non facio quod debeo, si tamen tu non facis quod debes, non obtineo, multa congerit Tiraquel in l. 13. connub. numer. 24. qui nostræ Glosse meminit.

CAP. Disciplina. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 *Miscenda est lenitas cum severitate.*
- 2 *An incurrit excommunicationem qui clericum detinet, verbis, contra eius voluntatem?*
- 3 *Virum concessa licentia eundi, censeatur concessa rediendi?*
- 4 *Quot dicantur pauci?*
- 5 *An aequitas sit preferenda rigor? & num. 6.*
- 7 *Quid importet in dispositione pronomē Meum? & num. 8.*
- 9 *Quando fuit captivitas Babylonica, & qua de causa? & num. 10.*
- 11 *An advocatus possit advocare pro utraq; parte?*
- 12 *Quid significet quod Episcopus assumat myrram, & baculum, quando prædicat, & eam deponat cum offert in altari?*

IN textu. Collige ex textu miscendam esse lenitatem cum se veritate, faciendumque esse ex utroque temporementum; ut neque multa asperitate exulcerentur, quos corripimus, neque nimia benignitate solvantur, tradit Tiraquel. in l. 9. connubial. Glossa 1. numer. 234. Navar. in. cap. inter verba conclus. 6. numer. 131. Paulus Fusch. de visitat. lib. 4. numer. 14. ad fin. qui omnes nostri textus meminere.

2 In vers. Certè ibi, Demitte me.

Preposit. hic num. 3. tenet quod si aliquis detinet verbis clericum contra eius voluntatem, incurrit excommunicationem. Ego tamen distinguem duos casus. Primum quando clericus verbis tantum detinetur, v.g. quando ali-

quis dicendo verba contumeliosa, ipsis verbis ei metum infert, ut eum detineat. Secundum quando ipsa verba contumeliantur aliqua actio violenta eius personæ v.g. quando quis ultra verba contumeliosa detinet clericum obsidendo eum in domo, vel in castro, non permittendo exitum, vel quando cum detinet, ut vestibus spoliat, sine alio corporis nocumento. In primo casu, non incurrit excommunicatione. Suar. de censur. disputatione 22. sect. 1. num. 23. & num. 30. & 31. Toletan. in sum. lib. 1. cap. 31. num. 5. Aegy. Coninck. de sacram. disputatione 14. dubitat. 15. num. 165. vers. Tunc non sufficit. In secundo casu incurrit excommunicatione. Suar. citato loco numer. 30. ad finem. & 31. ad medium. Navar. in Manual. cap. 27. num. 77. quatenus inquit incurrit excommunicationem, qui vi includunt clericos aliquo loco unde egredi sine pudore non possint, & ita requiritur vis, quæ verbis solis non fit. Aegy. citat loco vers. Idem dicendum.

In textu, ibi, Ite, & redite.

An concessa licentia eundi, concedatur rediudi? affirmativè resolve cum Preposit. hic. num. 4. & vide Bart. in l. viimur, num. 1. ff. sepul. hr. viol. Deci. cons. 51. num. 3. Abb. in cap. Ego enim, num. 5. ad finem, & ibi additio de iure intrand. & in cap. Innovamus, de iure, & pace, ubi latè resolvit quod data securitate pro eundo ad locum non turum, videtur data pro redeundo, & ampliat quod si non possit venire securus nisi in equo, quod datur pro equo, vide etiam Bart. in l. 1. num. 5. ff. ad l. Iul. Maest. & in l. 1. num. 8. C. Navigular. lib. II. ubi tangit questionem an data securitate eundi intelligatur pro una, an pluribus vicibus.

In textu, ibi, Morte paucorum.

Bart. in l. scire oportet, num. 1. ff. excusat. tut. inquit, quod octo dicuntur pauci. Luc. de Peña in l. Nominationum, verbo, ne paucorum C. de decurion. lib. 10. tenet quod duo, tres, octo, & plures dicuntur pauci. Abb. in cap. Multa, num. 1. ne clericis, vel Monachi dicit quod 14. dicuntur pauci. Idem Turrecrem. hic num. 1. ad finem. Preposit. num. 5. resolve tamen cum eodem. Abb. & Luc. de Peña citatis locis quod secundum subiectam materiam iudicandum est qui sint pauci, per Glossam in capit. Latores, verbo, multitudinem, in fine, de clericis excommunicantur.

In Glossa, verbo, Misceda, ibi, Iudex potitus sequatur æquitatem, Supposito quod rigor sit excessus, & austritas juris scripta aliquando, ad terrorem, & quod æquitas sit iustitia dulcedine misericordie.

sericordia temperata, vel motus rationabilis regens misericordiam, & rigorem, secundum Turrecremat. in capit. Ut constitueretur, numer. 5. & 6. distin. 50. Specul. de dispensat. §. Dispensatio est provida, num. 3. Abb. in cap. Si clericus nu. 4. de foro compet. & in cap. 2. de re iud. num. 1. Distinguere sex casus in proposito. Primus est quando rigor, & aequitas, reperiuntur descripta in diversis casibus. Secundus quando non repetiuntur descripta. Tertius quando alterum est scriptum, alterum non. Quartus quando alterum est descriptum in genere, alterum in specie. Quintus quando utrumque est descriptum in specie. Sextus quando neutrum est descriptum in specie. In primò casu rigor servabitur in suo vigore, & aequitas in suo iuxta textū in cap. Cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prelato. Præpos. hic num. 8. citans Dominic.

In secundò casu, semper aequitas servabitur per textum in cap. fin. De transact. l. placuit, num. 2. Cod. iudic. Bart. d. l. 1. n. 5. C. de legibus. In tertio casu dicendum est præferri semper illud, quod invenitur scriptum, Feliu. c. 1. & ibi. Dominic. n. 2. de rerum permuat. lib. 6. Abb. d. num. 9. Præpos. nu. 8. Felin. in cap. iurgantium nu. 1. de re iud. Bart. d. l. 1. de legibus Iason d. num. 2. Limita tamen hunc casum, nisi pro equitate non scripta concurrat præsumptio contra rigorem scriptum. Felin. d. numer. 1. In quartò casu qui exemplificatur per Præposit. d. numer. 8. quando contra generalem aequitatem, quæ vult quod nemō locupletetur cum iactura aliena iuxta, l. Si me, & Titian, ff. si certum petatur. cap. suam. de pæn. inducitur præscriptio: tunc præfertur rigor inducens in specie præsumptionem contra generalem aequitatem Abb. d. numer. 6. vers. tertio casu. In quinto casu, & sexto sēper aequitas præferenda est, Præposit. citato loco per textum quem citat in cap. 2. de transact. l. placuit. Cod. de iudic. vide Abb. ind. cap. fin. num. 9. in fine Felin. in d cap. iurgantium, numer. 1. in fin. vers. Dic contra.

In Glossa, verbo Meus non est, ibi, Cum iudicatur rem meā. Pronomen, *meum*, est ambiguum, aliquando enim accipitur pro eo, quod in solidum meum est, aliquando vero pro eo, quod pro parte præcipue pro indiviso meum est, *textus*. in l. pupillus §. fin. ff. verborum signific. l. illud ff. rit. nuptiar. optimus textus in specie in l. 2. ff. condit. inst. & in dubio eum censem recipimus ex eo pronomine quod validitati actus magis favet iuxta textum. in l. in contrabenda, in fine ff. de regul. iuris, quapropter constitue conclusionem. Quando aliquis disponit de re sua utendo pronomine *meo*, & illa est communis, intelligitur de illa, quæ ad suam partem

pertinet l. Si quis suos 74. l. Iulianus 76. §. Servos, ff. de legat. 3.

Limita primò nisi dicat lego rem meam totam, tunc enim cum una pars non est mea, seu sua, sed socij, non potest dici tota mea, vel sua, & tunc non potest disponere de ea alia l. nemo, ff. pro socio. Limita secundò nisi res sic communis in universum, ut sunt res universitatis tunc enim non procedit conclusio. Limita tertio quando dantur conjecturæ, ex quibus apparet disponentem non sensisse de re communi, tunc enim legata re mea, non veniet res communis. Limita quarto in castro communi, non potest enim quis suam partem legare, seu de illa disponere. Limita quinto in actione de dote, quæ licet sit communis patris, & filiæ, non dicitur propriè unius, nec alterius, etiam quoad agendum. Alia de hac materia vide in *Glossa*, verbo, cum alij, in cap. Cum in illis, & ibi, Domin. num. 6. de præbend. in 6. Bart. in l. servi elect. §. Labeo, §. Cum fundus, ff. de legat. 1. & ibi Ias. num. 10. & sequentibus, Idem Iason in l. Gallus, §. Nunc videndum. num. 11. ff. de liber. & posthum. Alexand. d. §. Labeo, num. 1. ubi resolute quando statutum punit graviori poena me offendentem ad domum meam, an habeat locum in offendentem ad domum communem, & affirmativè concludit, quando offensor non erat, qui habebat partem in re communi; vide etiam Felin. in cap. Inter dilectos num. 17. de fide instrum. ubi resolvit an illud quod ex una causa est meum, possit esse ex pluribus.

In Glossa, verbo, Obtinuit, ibi, Babylonica captivitate. Præmitte primo cum textu in cap. Vnic. 35. quæst. 4. *Glossa*, verbo, perfectus, in proæmio decretal. lib. 6. quod quemadmodum in homine considerantur sex ætates per quas eius status finitur. Prima infantia, usque ad septimum annum. Secunda pueritia, usque ad duodecimum, vel quatuordecimum. Tertia adolescentia usque ad vigesimum quintum. Quarta iuventutis, vel virilis ætatis, usque ad quinquagesimum. Quinta senectutis, usque ad septuagesimum. Sexta senij, quod dicitur aliarum iam ætatū terminus: Ita in mundo considerantur aliæ sex ætates. Prima fuit ab Adamo usque ad Noé. Secunda à Noë usq; ad Abrahā. Tertia ab Abrahā usq; ad David. Quarta à David usque ad transmigrationem Babylonis seu propriè loquendo usque ad captivitatem Babyloniam. Quinta à captivitate Babylonis usque ad adventum Christi. Sexta ab adventu Christi usque ad finem seculi. Secundo præmitte quod à prima ætate, usque ad secundam, fluxerunt anni. 1656. à secunda ætate usque ad tertiam. 292.

seu 942. & secundum alios 1062. à tertia usq; ad quartam 942. à quarta etate usque ad quintam 485. à quinta autem usque ad sextam 589. de quibus vide D. Augustin. de civitate Dei. lib. 15. 16. 18. D. Isidor. lib. 3. Ethymolog. Bedam. Euseb. Phil. de tempor. Ioann. diogen. de scriptor. ecclesiast.

His præmissis dic, quod captivitas Babylonica, quæ duravit septuaginta annis, cuius numeri rationem Theodoreetus q. 37. in Leviticum, ex cogitavit, quia populus violavit legem sabbatis in terra, de qua Deut. 31. num. 10. incipiendo à regno Saulis, à quo usque ad illud tempus numerat annos 390. quorum septima pars efficit 70. colligit id ex Leyis. 26. num. 35. Addi etiam posset testimonium 2. Paralip. cap. ultim. numer. 21. fuit hæc captivitas longe post quartam etatem, seu generationem mundi annis 485. Causam huius captivitatis refert Glossa in adorationem, & peccatum vituli; Deus enim remisit Hebreis ad tempus peccatum illud, non omnino pœnam, quia Moyses solū obtinuit à Deo quod dictum populum non omnino deleret, sicut Dominus dixerat Exod. 32. n. 10. *Dimitte me ut irascatur contra eos furor meus, & deleam eos.* & ita solum placatus est Dominus, inquit tamen; *Ego autem in die ultionis visitabo hoc peccatum.* num. 34. Vide Turrecrem. hic numer. 1. citans Nicol. de Lira, & præposit. numer. 9. & 10. quanvis repugnet, & quidem probabiliter, Abul. in cap. 32. Exod. q. 46. Lorinus in Ps. 136. num. 1. ubi ait causam huius captivitatis præcipuam esse idolatriam captam sub Iereboam, & Roboam, deinde ut scirent Hebrei in captivitatem ducti, distantiam servitutis veri Dei, & servitutis regni terrarum. 2. Paralipom. 12. num. 9. Ierem. 25. per totum Contra Glossam stat etiam Cornel. ad cap. 32. num. 10. Exod. De initio, & fine captivitatis Babylonica disputant interpretes ad cap. 29. Ieremias, ad cap. 9. Danielis, ad c. 2. Zacharia, & distingunt captivitatis tria tempora, primum quando Joachim, & Daniel, Socijque, cum parte uxorum translati sunt, anno Joachim tertio, vel quarto, Nabuchodonosoris 1. Daniel. 1. & 2. Paralip. 36. 6. Secundum, quando Zacharias, & mater illius, ac principes, & Ezechiel cum thesauris vasisque templi, cōmigrarunt. 4. Reg. 24. 10. & sequentibus, 2. Paralipom. 36. 10. Tertium, cum Hierusalem vastata est, civesq; aut occisi, aut in durissimam servitutem abacti, cum Sedecia rege 4. Reg. 25. 2. Ierem. 39. 1. & 52. 4. Lege Christophorum a Castro Societ. Iesu in cap. 29. Ierem. ubi propabiliter incipit à primo tempore. Videndum etiam Maldonat. ad c. 1. n. 11. Matthaei. Quatenus vero Glossa, sit quod etiā captivitas Romana fuit propter peccatum vituli, falsa est, quia captivitas Romana fuit tempore Vespasiani, & Titi à Naturitate Domini anno 73. & ab eius passione 40. circiter, & fuit in pœnam quod ipsi Iudei

eius adventum non cognoverunt, ut constat Lu. cap. 19. num. 41. ubi Salvator videns civitatem slevit super illam, & subdens dixit. *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndeque, & ad terram proferent te, & filios qui in te sunt: deinde addit causam.* Ecquid non cognovit tempus visitationis tuae: scilicet Christum ibi prædicantem; vide Turrecrem. hic & Molin. de iustitia, & iure, vol. 3. tom. 6. tract. 5. disput. 54. per totam. Cornel. Tacit. lib. 21. Ioseph. lib. 11. cap. 2. Europ. lib. 6. cap. 6. qui loquuntur de destructione Hierusalē per Romanos.

In Glossa, verbo allegavit, ibi, II
Vtriusque partis. De materia vide 1. s. in l. non dubium, nu. 53. ad fin. C. de legibus, Bart. in l. 1. ff. Prævaricator. Præposit. hic, num. 11. Specul. in tit. de adv. §. 1. v. 1. Etiam quid est prævaricator. & ibi additio. nu. 13. & 16. & in §. Nunc tractemus, vers. Sed nunquam priusquam, num. 11. Gutier. practicar. lib. 1. q. 30. Ex quibus sit prima conclusio. Nemo potest esse advocatus simul ambarum partium causam prosequendo pro vtraque: Specul. & præpos. citatis locis, neque etiam patrocinari uni ex partibus, & alteri consulere, ita Cabedo p. 1. de c. 214. num. 15. Burgos de Paz ad l. 1. Tauri, n. 64. Avendaño, de exequend. mand. p. 1. cap. 2. numer. 24. Gutier. pract. lib. 1. cap. 30. num. ultim. Secunda conclusio. Qui fuit advocatus in parte unius causæ, eam tractando, & postea in altera parte ipsius vult esse advocatus alterius, non potest id facere. l. 1. C. adv. divers. iud. l. Athletas §. pen. ff. ijs. qui notamur infam. Limitatur tamen favore pupillorum l. fin. ff. postuland. Tertia conclusio sit. Si aliquis fuit requisitus pro advocate vnius causæ, & eam non tractavit, potest esse advocatus contrariae partis in illa cædem causa, sive pars, qui cum requisivit, ei aliqua secreta causæ revelaverit, sive non cap. Legimus, & cap. Diaconi 93. dist. quos citat. specul. d. num. 11. Quod amplia etiam si pro alia parte consiliū aliquando dederit. Quarta conclusio. Advocatus unius partis in causa principali, potest esse advocatus alterius partis in causa appellationis, l. 2. Cod. adv. fisc. quem citat speculat. dicit tamen quod est honestum abstinere à tali advocatione, quia appellationis causa est cæde cum principali, & quas pœnas incurvant contrarium facientes? Vide l. 1. & ibi DD. ff. prævaricatoribus, & d. l. 1. C. de adv. divers. iud. sunt enim obnoxij criminis prævaricationis, specul. & Præposit. sudra citati. Lege que de advocate scribunt Sanchez. tom. 1. decal. lib. 1. cap. 9. numer. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 49. usque ad 54. Sayrus in clavi. lib. 1. cap. 11. à num. 17. Barbosa cum multis. ad lib. 1. tit. 48. ordinat. lusit. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 31. à dub. 8.

In Glo-

¹² In Glossa final. ibi, Ex hoc loco sumittur, &c. De mythra, & baculo aliqua diximus in summa, dist. 43. verbo, gratiam docendi: nunc adde sationē obquam episcopus baculū, & mythram deponit quando offert in altari nimirum, quia tunc causam populi apud Deum precibus agit, & allegat, & ideo ut humilitatem ostendat in conspectu Dei omnipotentis deponit indicia, & insignia altitudinis, & terroris baculum scilicet, & mythram, cap. Nullus, in 2. de consecrat. dist. 1. Quando vero prædicat, cum causam Dei agat, & alleget, minis id facit, & ideo baculum, & mythram assumit, quemadmodum in hoc textu videmus de Moyle, qui quando Dei causam apud populum allegavit, gladijs usus est; quando vero apud Deum causam populi, precibus, & humilitate rem totam confecit. Vide Turrecrem. h̄c, nu. 2. & Præpos. nu. 11. in fine. Pacianum de probat. nu. 64. ubi disputat, an mythra sit insigne officij, & iurisdictionis, an vero simplicis honoris?

CAP. Omnis. X.

S V M M A R I V M.

- 1 An iudex iudicans contra iustitiam, teneatur parti resarcire damnum? & num. 2. & 3.
- 4 Quid sit misericordia?
- 5 Quemadmodum, & quibus casibus iudex uti debeat misericordia?

IN textu, ibi, Non de iustitiae tramite cadat. Quid si cadat? tenebitur ne ad compensationem damni? In proposito duas conclusiones constitue cum Barbos. l. Si filius familias, nu. 25. ff. iudic. Prima sit, quando iudex iudicat iniuste per imperitiam, non tenetur nisi pro qualitate bonorum, quae habebat tempore, quo condemnatus fuit, qui lesionem accepit. l. fin. ff. var. & extraordinar. cognit. principio inst. obligat. quae ex quasi delicto, vide de materia Bart. in suis questionibus, quest. 9. Ampliatur primò, talis conclusio, ut procedat etiam in filio familias iudice, quod quavis invito patre non possit fieri executio in peculio, tamen si pater sciens filium commisit quasi delictum, illi non adimit peculium, & patitur cum eo litem contestari, tunc invito patre fieri executio in peculio, etiam si moriatur filius ante condemnationem fa-

ctam. Secundò ampliatur, ut licet pars iniuste condemnata non appellaverit à sententia, vel etiam appellaverit, & deserta sit appellatio, vel expresse renuntiaverit appellationi, adhuc in syndicatu poterit convenire iudicem, ut sibi resartiat litis estimationem. Tertiò ampliatur, etiam si tempore syndicatus pendeat appellatio interposita à sententia, tanquam iniuste lata, nam ad hoc poterit iudex in syndicatu conveniri, non quidem ut solvat, sed ut teneatur præstare cautionem de solvendo litis estimationem, si sententia iudicabitur iniusta.

Conclusionem sic ampliatam limita primo, si sententia iniuste lata contineat errorem iuris expressum, cum enim sit nulla, l. 2. C. quando provocare non est necesse, non tenebitur iudex in syndicatu, quod intelligitur respectu estimationis litis, nam expensas litis in ea factas, & damna, tenebitur compensare. Limita secundo, quod in dubio debet condēnari, quia saltem per imperitiam videtur male iudicasse, sed hoc intelligitur nisi concurrat tam iusta causa, ut propter eam debeat iudex excusari à condemnatione litis, vel quia erravit in quaestione summe difficulti, vel in qua variae sunt doctorum opiniones. Limita tertio, quod quavis prædicta conclusio de iure procedat; de cōsuetudine iudices non syndicantur nisi de furis, pecunia accepta, & male ablatis, non vero de sententijs inquis, & per imperitiam male latis. Bald. in l. Observare, §. Proficij, q. 15. & 18. ff officio proconsulis. Allod. de Syndicatu, nu. 136. Bertraz. crim. cons. 71. num. 7. 8. & 81. Gramat. crim. cons. 54. quos, & alios citat Hieronym. Giach. in consil. syndicat. num. 46. post quastiones Ital. Clar. & reddit rationem, quia alijs frangeretur nervus iustitiae, authoritasq. iudicium deprimetur, & in officio successores lento gradu procederent.

Secunda conclusio est. Iudex male iudicās per dolum, vel gratiam, tenetur litis estimationem insolidum solvere, textus in d. l. Si filius, & ibi Barb. à nu. 59. & seqq. quem vide, de materia Abb. in cap. Pastorale, §. Quia, nu. 5. de officio delegat. Specul. de disput. & allegat. §. fin. num. 11. in fine. Felin. in cap. Cum contingat, nu. 3. de script. & in cap. Excommunicamus, in l. nu. 5. de heretic. qui in cap. Legebatur, num. 3. de maiorit. & obedient. resolvit, an possit iudex conveniri durante eius officio? Vide etiam Bart. & ibi addition. in l. fin. ff. variar. & extraordinar. cognit, ubi, an prædictæ conclusiones procedant in iudice delegato, arbitro, compromissario, & arbitrate? Vide etiam Iason. in l. Si se, §. Condemnatum, nu. 3. ff. re iudic. & in l. Non dubium, nu. 21. C. legibus, & in l. Polla, num. 1. C. his quibus, ut indigni, & in l. Properant, §. Sive autem, nu. 36. ubi quaestionem resolvit, vide etiam eundem Alex. in l. Edi, §. Cum autem, nu. 9. ff. edend. & in l. Si quis,

nu. 5. C. de p. &c. & in l. Casm prolatis, nu. 21. ff. re iudic. Gom. tom. 3. cap. 6. num. 7. col. 3. Hyppol. singular. 360. An quando iudex fecit item tuam male iudicando, & solvit parti interesse habeat regressum contra aliam partem, quæ iniuste detinuit sententiam? Et concludit negativè Alex. in l. Si quis dolo, nu. 2. ff. de re iud. & in l. Si per alium, §. Hoc, nu. 2. ff. nequis.

4 In textu, ibi, Et misericordiam portat. Misericordia secundum D. Thom. 2.2. q. 30. art. 1. 2. & 3. est alienæ misericordiæ in nostro corde compassio, seu secundum Toler. in summa, lib. 8. cap. 27. nu. 1. est displicentia mali alieni, ad ipsi subveniendum inclinans, & quod hæc noscatur à charitate, & multa de illa, vide cum Ledesma in summa, 2. p. tractat. de misericordia, fol. mihi 92. Navarr. in Mammal. cap. 24. nn. 1. & seqq.

5 In Glossa, verbo, Portat, ibi, Vel dic, &c. Supra in cap. Licet, hac dist. dimicimus, quod iustitia ministranda sit cum misericordia, nunc vero quomodo, & quibus casibus ministranda est? De quo vide Gemin. 3. tom. cap. 6. nu. 7. propè fin. ubi inquit, quod iudices in arbitrandis delictis perpenso iudicio, debent attendere gravitatem, seu levitatem criminis, ita ut in levioribus sint prioniores ad lenitatem, in gravioribus vero severitatem legum cum temperamento benignitatis sequantur, citat textū in l. Respiciendum, ff. de pœnis, l. Pedius, §. 1. in fine, ff. incend. quim. textum in cap. Vera, hac dist. & multa circa hoc dicit notabilia, quem vide.

C A P. Et qui emendat. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 An quis possit esse iudex in causa propria? nu. 2. & 3.
- 4 An habens iurisdictionem super aliquem possit per se eum punire?
- 5 An beneficium possit conferri in invitum?
- 6 Quod qui delictum accusat eleemosinam dicitur facere.
- 7 Non tenetur quis dimittere satisfactiōnem.

IN textu, ibi, Corripit, iuncta Glossa. Vide in proposito Bart. Iason. & Alex. in l. Qui iurisdictioni, ff. de iurisdictione omnium iudic. idem Bart. in l. proxime,

nu. 1. ff. ijs, quæ in testamento delentur, Oldrad. cons. 124. nu. 3. & cons. 3. à principio. Alex. cons. 1. nu. 4. vol. 5. Specul. de compet. & in cap. Cum venissent, nu. 5. & seqq. de iudic. Domin. in cap. 1. nu. 4. de pœn. lib. 6. Felin. in cap. Causam, quæ nu. 3. de officio deleg. Dee. in d. cap. Cum venissent, nu. 5. cum quo duos casus distingue. Primum, in Summo Pontifice, & Imperatore. Secundum, in alijs inferioribus. In primo casu sit conclusio. Papa, & Imperator potest esse iudex in causa propria, sive patrimonij, sive delicti. Oldrad. d. num. 3. Limita primo, hanc conclusionem, nisi velit alteri causam delegare. Secundo limita in crimine heresis, in illo enim non est iudex, sed ab alio debet iudicari. Tertio limitant aliqui in delicto scandaloso, in quo Papa esset incorrigibilis, quia tunc accusari potest. Quarto limita, quando duo contendunt de Papatu, quia tunc debet congregari Concilium, de quo notavi aliqua in cap. Si Papa, num. 10. & sequentibus, supra, distinct. 40.

In secundo casu sit prima conclusio. Inferior Papa, & Imperatore, seu Rege, non recognoscente superiorem, non potest iudicare in causa propria. Amplia, ut nec esse arbiter. Iason. in d. l. Iurisdictioni, nu. 1. Limitatur tamen primo hæc conclusio, ut non procedat in facto notorio, quia tunc poterit cognoscere, est enim potius executor, quam iudex. Sublimita tamen primo hanc limitationem, si arbitrio iudicis pena imponatur, tunc enim etiam in notorio non poterit cognoscere, nisi quando certa pena statuta fuerit. Sublimita secundo in iudice delegato, qui etiam de notorio cognoscere non poterit. Sublimita tertio, in notorio facti transiuntis, cum enim in eo probations requirantur, & index possit gravare, non cognoscit. Limitatur secunda conclusio in cœla Ecclesiæ, in qua prælatus potest iudicare. Sublimita tamen primò hanc secundam limitationem, nisi agatur de bonis mensæ prælati, tunc enim non poterit cognoscere. Sublimita secundo, quod quando iudicare possit, poterit tamen recusari. Abb. & Felin. supra citati. Limitatur tertio prædicta conclusio, quod quando non possit iudicare in causa propria, possit tamen punire iniuriam impudentium uti sua iurisdictione. Dominic. in dict. cap. 1. & ibi Archidiac. num. 2.

Secunda conclusio fit. Nemo potest esse iudex in causa sui familiaris. Limitatur primò in iurisdictione voluntaria. Secundò in causis brevissimis. Tertiò, ubi lis peritura esset. Quartò, ubi filius non ageret coram patre, sed conveniretur. Quintò limitatur, ubi iudex esset dominus actoris, & rei. Sextò, nisi iudex esset talis qualitatis, quod omnem suspicionem purgaret, ut si esset monachus Cisterciensis. Septimò limitatur, ubi non opponitur, quod non

non possit esse iudex. Octavo, in illo qui fuit dominus olim, sed non est hodie. *Felin.* citato loco. *Alex.* in d. l. *Qui iurisdictioni,* & ibi *Ias.* qui alias addit limitationes.

In textu. *Prapos.* hīc tangit quēstionem, an habens iurisdictionem super aliquem, possit per se illum punire. Et resolvit affirmative, quando habens iurisdictionem extra judicialiter punit, citat *Ioann. Andr.* in cap. *Dilecto,* de sentent. excommunicat. *Innoc.* in cap. *Venerabilis,* de censibus. *Hug.* hīc *Ancharran.* in reg. ea, que, de regul. iur. & de materia vide *Cald.* de emptione, cap. 25. nn. 38. & 55.

In textu, ibi, Prestantur invitisi.
In hac quēstione duos casus considera. Primus est, quando beneficium continet commodum, & utilitatem alterius tertij, qui non contradicit. In primo casu, beneficium conferitur in invitum. *Praposit.* hīc num. 2. *Turricremat.* 4. *Bart.* in l. *Solvendo*, num 1. ff. de negotijs gest. *Plat.* in principio inst. quibus mod. tollitur obligatio, num. 4. & ibi *Aretin.* n. 3. Exemplifica primo hunc casum, per titulum, *de muneribus,* & *honoribus*, ubi ob favorem Reipub. conferuntur honores in invitum. Secundo exemplifica, per *textum* in l. l. §. *Divus* ff. de quēstion. ubi Dominus potest servū confidentem defendere, quia inibi datur eiusdem Domini utilitas. Tertio exemplifica in terminis, *textus* in l. *Solvere*, ff. *solut.* ubi invito debitore potest solvi creditori. Quarto exemplifica per *textum* in l. *Non tantum,* ff. de appellat. ubi licet appellare pro invito festinante peri- re, quando datur utilitas rei. Exemplifica quinto, per *textum* in l. fin. *Cod. testam.* manumiss. ubi datur libertas invito etiam favore Reipub. *Plat.* citato loco. Septimo exemplifica cum *Felin.* in cap. *Apostolicæ*, num. 1. in fin. de except. ubi invitatus potest absolvī, redundant enim in favorem animæ; vide *Tuschnm de visitatione*, lib. 2. cap. 13. nn. 12. in fine, ubi inquit, quod multa bona prēstantur invitisi, quando eorum consulitur saluti, & utilitati, non verò voluptati. In secūdo caſu dicendum est, beneficium non posse conferri in invitum DD. supra citatis locis. Limita tamen, quando directè confert, *textus* in l. *Servus*, ubi *Bart.* ff. *verbō*, obligat. l. *Etiām invitisi*, ff. de acq. rerum dominio, ubi per servos invitisi Dominis acquiritur, quia id non est directè. *Praposit.* hīc, in fine, & an quando quis solvit pro invito, possit ab eo repeterē per actionem negotiorum gestorum, quod solvit? Resolve negativè cum *Bart.* in d. l. *Solvendo*, nn 2. & *Plat.* d. nn. 4. vide latè *Tiraq.* de nobilitate, cap. 6. nn. 37. & seqq. qui nostri textus meminit.

In textu, ibi, Aliqua emenda- toria poena plectit. Hinc aliqui sumūc argumētum, quod

etiam eleemosinam dicitur facere, qui vindictam petit, & ita accusat delinquentem, ut castigetur; quinimò, inquit *Decian.* crimin. lib. 3. cap. 4. nn. 15. quod maximam laudem, & prœmium consequi debent accusatores in Repub. custodiam enim gerunt publicæ salutis, ut inquit *textus* in l. l. §. *Sane,* *Cod. famos.* libell. & certum est maximē expedire Reipub. quod tales accusatores extent, ut illorum metu contineatur improborum audacia. Verumtamen, inquit ille, quod tunc erit hoc utile, quando qui accusant sunt probatae vitæ, & existimationis, nec ullo moventur quæstu, sed solum publico bono, & vitiosorum odio, pacisq; ac publicæ quietis amore; hi enim si qui reperiantur, non modō excusandi sunt, sed et summa laude digni censendi, ut inquit *textus* in l. *Cum qui,* in principio, ff. iniur. qui nocentem infamat non punitur iniuriarum; peccata enim nocentum nota esse, & opportet, & expedit. Agit multa de hac materia *Paul.* *Fuscb.* de visitat. lib. 1. cap. 31. nn. 5. qui nostrum textum citat.

In Glossa, verbo, Demittere.

Docet *Glossa*, quemlibet teneri demittere rācorem, & odium ex iniuria conceptum, sed non obligari ad remittendam iniuriæ illatæ satisfactionem, *Glossa similis* in cap. *Quia præfalus-* tus, 5. verbo, *rancor*, l. q. 4. & in cap. 1. de maledicis, quas sequitur *Bartol.* in l. *Si tibi*, §. 1. nn. 3. ff. de iniurijs, dicit communem sententiam *Ias.* ibidem, nn. 2. licet contrariam doceat *Glossa* in §. fin. inst. de iniurijs. Ex qua doctrina, etiam colliges, quemlibet hominem habere ius ad resarcendam iniuriam sibi irrogatam; cuilibet enim fas est ius suum illæsum servare. Deinde cum iniuria sit honoris destructiva, qui omni bono temporali est præferendus, ex l. *Iuliianus*, ff. si quis omiss. caus. *testam.* *Avenalio* in tract. de iniuria. nn. 20. cumq; honor, & vita æquiparentur. l. *Insta causa*, ff. de manumiss. vindict. leg. 2. tit. 24. part. 4. *Bald.* in l. 1. *Cod. de confess.* cumq; nihil magis, quām bonum nomen sit curandum; erit sanè fas, & æquum iniuriæ satisfactionem debito modo exigere. Vide *Azor.* inst. moral. part. 2. lib. 11. cap. 3. §. *Quid si statim.* & §. *Dubia* verò, ubi affirmat neminem compelli ad remittendam iniuriam sibi illatam, vel aliquo præcepto ad id tenēti, nisi is qui offendit, idoneè, & debitè satisfecerit; ut colligitur ex cap. *Siquis constitutus*, dist. 9. & *Glossa* in c. *Ad Apostolicæ,* de sententia, & re indicata. in 6. & cap. *Intonuit,* de maled. iure enim peti potest æstimatio iniuriæ, qua quis est affectus, etiam ultra id quod sua interest. cap. *Quoniam,* de immunitate *Eccles.* in 6.

CAP. Tria genera. XII.

SYMMARIVM.

- 1 Albinus Alcuinus quis fuit?
- 2 Quot sunt genera eleemosinarum? & num. 3.

IN superscriptione, ibi, Albinus. Hoc est Albinus, seu Alcuinus Flaccus, natione Anglus Bedæ discipulus: in Gallias à Carolo Rege Francorū evocatus; multa scripsit, quæ extant in Codice impresso Coloniæ anno. 1566. & in Biblioteca sanctorum Patrum. tom. 3. edit. 2. Fuit Albinus liberalium artium armarium vocatus; vide Belarm. de scriptoribus ecclesiasticis. fol. 148. latè Baron. tom. 9. Annualium anno Christi. 778. Obiit anno Christi 795. ut docet idem Baron. d. anno in fine.

2 In textu, ibi, Tria sunt genera.
Hic tria tantum genera eleemosinarum numerantur, nō solum quia tria tantum sint, sed quia ad hæc possunt omnia alia reduci, ut tenet Turrecrem. hic num. 1. in fin. In primo etiam genere, quod est subvenire indigenti, comprehenduntur omnes septem eleemosynæ corporales, ut etiam inquit D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 2. Eleemosynæ corporales ordinantur ad tollendos defectus proximorum, ex parte corporis; sicut spirituales ad tolendos defectus ex parte animæ. Defectus autem corporis est in duplicitate differentia. Primo in vita. Secundo post mortem. Quando est in vita, etiam distinguitur quod aut est communis defectus respectu eorum, quibus omnes ingident; aut est specialis, propter aliquid accidens superveniens; quando est communis, aut est interior, aut exterior; interior etiam est duplex, unus quidem cui subvenitur per alimentum siccum, scilicet famæ, & secundum hoc ponitur *pascere esurientem*; aliis est cui subvenitur per alimentum humidum, scilicet *sitis*, & hoc dicitur *potare sufficientem*; defectus autem communis respectu exterioris auxilij, est etiam duplex, unus ratione tegumenti, & quantum ad hoc ponitur *vestire nudum*; aliis respectu habitaculi, & quantum ad hoc est *suicidere hospitem*.

3 Eodem modo quando defectus est specialis, aut est ex causa intrinseca, aut extrinseca;
ex causa intrinseca est infirmitas; & quantu-
ad hoc, ponitur visitare infirmos, ex causa ex-
trinseca ponitur redemptio captivorum; post

mortem autem exhibetur mortuis sepultura. Sic similiter in secundō genere eleemosynæ quod est remittere offendam, & in tertio quod est corrigere peccantem: possunt alia genera specialia comprehendendi; nā hæc duo sunt principalia, quæ ordinandur contra defectus culpas; culpa enim aut est in nos commissa, aut est proximi in sepeccantibus; quando est in nos commissa adhibemus remedium primi generis, remittendo offendam, quando est proximi in se peccantibus, addibemus remedium per correctionē. Turrecrem. citato loco, & D. Thom. quem magis ad longum videre potes, & vide quæ notaſli in cap. Non cogantur, verbo, dent pauperibus distinctione 41. & cap. Quiescamus 2. verbo, Postulat. distinctione 41. & cap. sequen. infra eodem, & summo de redditibus 4. part. cap. 5. à principio.

CAP. Quæ sunt. XIII.

SYMMARIVM.

- 1 Quod eleemosyna non data bono zelo non prodest.
- 2 Quod eleemosyna spiritualis excedit temporalem?
- 3 Vtrū qui est in extrema necessitate possit recipere eleemosynam ab excommunicato.

IN textu, ibi, Si non benigno. Igitur eleemosyna non data bono zelo, non prodest; ita tenet *Proposit.* hic, num. 3: *Turrecrem.* in fine. *Abb.* in cap. *scripta num. 4.* de *collus.* de *tegend.* & quando datur bono zelo, sed ab illo qui est excommunicatus, seu in peccata mortali, an proſit? Dic quod ad meritum vitæ æternæ non, sed ad alia ſic; ut ſcilicet Deus illuſtret corda illorum, qui eam praefant *Abb.* in *Rubr. de testam.* num. 11. & melius in cap. *Quod quidam nu. 2. & 3. de pœnit. & remission.* *Felini.* in cap. *furmifissimè num. 3. de heret. Leden.* qui idem videtur ſentire in sum. 2. tom. tract. 4. de *mifericordia,* cap. 3. *conclusione.* 8. *Tolle.* in *summa lib. 8.* cap. 41. *numer.* 3. Per eleemosynam ergo disponitur. Peccator ad gratiam conſequendam, ut docte probat *Ioannes Sancius disputat.* 22. num. 35. ex illo loco. *Ecclesiast. 29. numer. 15.* Concluſe eleemosynam in finu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Da hoc puncto eleganter, & copioſe *Ioanes Azor iust.* *inst. moral. par. 2. lib. 12. cap. 13. §. Quartò queritur.* Neq; illud omittam quod ex *Bañes,* & *Aragonio* egregie notatum adducit

adducit Reginal.lib.4.num. 327. viros misericordes etiam in peccato existentes, si non ex malitia, sed ex humana fragilitate peccare solent. ante mortem accipere a Deo veram pénitentiam sive evadere damnationem eternam.

2 In textu, ibi, Cordis multo maior est. Quod eleemosyna spiritualis sit potior, quam corporalis, vide D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 3. Proposit. hic, num. 2. Turrecrem. 1. qui triplicem assignat rationem, ultra eas, quas textus refert, & Domin. quinque. Prima quia id, quod exhibetur est nobilis, scilicet donum spirituale, quod corporali præminet. Secunda, ratione eius, cui subvenitur, quia spiritus nobilior est corpore; unde sicut homo magis debet sibi providere quantum ad spiritum, quam quantum ad corpus, ita & proximis, quos debet diligere sicut se ipsum. Tertia quantum ad ipsos actus, quibus subvenitur proximo, quia spirituales actus sunt nobiliores corporalibus, qui sunt quodammodo serviles. Quarta quia haec nunquam deficit, sive enim homo sit diyles, seu pauper, semper potest facere hanc eleemosynam spiritualem. Quinta quia ista spiritualis eleemosyna valet ad salutem sine corporali, corporalis vero non quam sine spirituali, cap. fin. de penit. dist. 3. Hoc tamen intellige regulariter, nam aliquando potest dari calus, quo eleemosyna corporis præferatur spirituali, scilicet pascere fame esurientem debet præferi doctrinæ, quia peccator indiget, quod ipse est in tali necessitate, quod fame possit perire. D. Thom. ubi supra quem vide, & Navar. in Manual. cap. 24. num. 3. qui nostrum textum citat, & num. Adde Reginaldum, qui de eleemosyna spirituali fusé disputat. lib. 4. & num. 328. & sequent.

3 In textu, ibi. Indigenti. An indigens possit recipere eleemosynam ab excommunicato. resolve cum Felin. in cap. Cum voluntate in principio de sententia excommunicatio. quod extra calum necessitatis non debet recipi eleemosyna ab excommunitato, nec de detentore alienarum rerum, seu publico peccatore; idem tenet ibi, Abb. numer. 5. & in cap. Ex transmissa, num. 3. de decim. Ratio est secundum illos, ne recipiens eleemosynam videatur sovere datem in delicto suo: Idem Abb. in cap. super eo, num. 10, de immunit eccles.

CAP. Sunt namque. XIV.

S V M M A R I V M .

- 1 Quod ut correctio sit recta quatuor requirantur.
- 2 Qui veniant appellari Rectorum.
- 3 Quatenus dictio quid significet?

I N textu. Vide quæ notavi in cap. 1. nro 1. & 2. Iupra hac eadem dist. & adde quod quatuor requiruntur in correctione ut sit recta. Primum quod debet procedere ex amore, ideo enim inquit Ioann. Apocalip. 3. 19. Ego quos amo arguo, castigo, & Ibai. 11. Egredietur virga de radice lesse, quod interpretatur incendium, id est quod virga correctionis debet egredi de incendio amoris. Secundum quod debet fieri cum compassione. Vnde D. Augustin. inquit quod in peccatore duo sunt, homo, & peccator; quia peccator, corripi, quia homo miserere, refertur in c. duo. 23. q. 4. & D. Greg. Omnipotens Deus ideo permisit quod Princeps Apostolorum caderet, vt in culpa sua disceret qualiter alijs misereri deberet. Turrecrem. hic, n. 3. Tertium quod debet fieri mansuetudine. Vnde in Psalm 89. n. 10. Superveniet mansuetudo, & corripiemur. & Senec. Sicut virtus animi, ita & virtus corporis leniter tractanda sunt. Quartum est quod modestia interveniat: servum enim Dei oportet esse sapientem, cum modestia corripientem eos, qui resistant veritati. Turrecrem. d. num. 3. & 4. quem vide.

In textu, ibi, Rectoribus. Propos. hic n. 1. inquit comprehendendi sub nomine Rectorum omnes illos, qui habent vigorem super alios, & sic quod comprehenduntur Episcopi, & Papa, vide etiam Domin. in cap. 2. nro 1. de appellat. in 6. & in cap. ubi periculum §. Ceterum numer. 2. de elect. eodem. lib. & in cap. praesentii, num. 2. de officio ordinarij, ubi tenet quod sub hoc nomine Rectoris comprehenduntur etiam habentes dignitatem, personatum, siue prioratum, & vide Bart. in l. 1. C. de excusat. man. lib. 11. late Tusc. tom. 6. litera R. conclus. 62.

Ibi, Quatenus. Que dictio tribus modis exponitur, nempe causaliter, temporaliter, & quantitatively, ut per Roin. conf. 61. nro. 43. vol. 5. sed interdum accipitur pro Quousque. Ias. in l. 3. §. Nerva, num. 1. & ibi Aret. ff. de acq. possess. ubi plures significaciones affert huius dicti, alias refert. Cened. singulari. 86.

C A . Vera. XV.

S V M M A R I V M .

- 1 Quid sit iustitia?
- 2 Falsus Index non est Index?

In tex-